

probatum non tamen diceretur constare de jure patronatus, cum non probentur scripturas authenticas multipliciter presentationes. Quae probatio ultra tempus immemorabile pro forma requiritur & ideo non adimpletur probando per testes de quibus Sacrum Concilium non confidit, ut ex mente S. Congregationis decidit Rota in Sabinen. beneficii anno 1581. coram Clemente VIII. & in nullius Archiepiscopatus a. Maii 1588. coram Card. Pamphilio & aliis saepe apud Mant. dec. 80. sub n. 2. versj. Et haec quidem probatio & Gregorium XV. dec. 222.

Neque obstat quod in processu probetur depopulatum esse Castrum Pedemontis & Praetorium in quo scripturae hujusmodi custodiri solebant, ab Hispanis, cum Castrum Pedemontis depopularetur concrematurum fuisse & ideo standum videatur juramento partis de ipsis scripturis, earumque tenore. Afflicti. decif. 11. 13. nam omnia nunc disputatio, an tenor instrumentorum deperditorum in materia juris patronatus Potentium probari possit per testes de quibus Concilium non confidit: responderetur delationem juramenti non habere locum in hoc casu in quo Dux Trejacti aut penitus ignorat, aut plenam noticiam per sensum visus non habet instrumentorum quae in domo combusta asservabantur, ut ex text. in l. Marcellus, ff. de rer. amot. tradit

Papian. in for. respons. Rei n. 10. versj. Secundo subjungit Marian. in pract. jud. in 3. actio qua in jud. emerg. col. 2. ver. Quanto requiritur n. 3. Menoch. de arb. jud. lib. 2. c. 1. n. 5. praeterim cum juramento damnatum passim de rebus subtrahitis vel absumptis stetur tantum contra eum qui damnatum dedit non autem contra tertium qui non intulit violentiam ad text. in l. Si possessione, C. de probat. Jas. in l. Si quando G. Unde vi, Plot. in reperi. ejusdem legis num. 38.

Accedit etiam quod non sufficit probare amissionem instrumenti, nisi probetur etiam id quod in instrumento continebatur, ut hic est casus & quidem per testes peritos, ut Advocatos & Procuratores, Bartol. in l. Sicut Codic. de diffam. instrum. & debent etiam deponere de solemnitatibus necessaria ad instrumentum, de quibus per Abbatem in c. 1. de fide instrum. ut respondit Alex. conf. 146. vol. 2. cum multis aliis de quibus per I.D. in d. l. sicut, Rip. in l. 1. n. 82. & 83. ff. si corr. per. Dec. in c. 2. n. 81. de probat. & conf. 82. Afflicti. dec. 174. & probatur in textu nostro in fine hic. Quid sine retractatione Bulla, Charta vel littera appareat. Qui tenor instrumenti juris patronatus ex fundatione vel donatione, nec probatur fuit nec articulatus.



DE PRIVILEGIIS

Idem Innocentius III. Episcopo Lingon.

CAPUT XVI.

Um Capella ducis Burgundiae gaudere dicatur huiusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonico-um ejusdem Capellae, suspensionis vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam Capellae supradictae Canonici, qui Parochiales Ecclesias a te tenent, occasione Privilegii praebati, in his etiam, quarum jurisdictione ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque graviter interdem excedat, tuae correctioni, recusant & sententiae subjacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione Capellae, Apollolicis privilegiis deferat reverenter: sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum, vel aliam jurisdictionem tuam respicere dignoscantur, officii tui debitum in eisdem liberè prosequaris

SUMMARIUM.

- 1 Exemptus ratione certi rei vel loci non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci.
- 2 Privilegium concessum personae cum adhesionem loci est personale ad locum tamen determinatum.
- 3 Exemptus Ecclesiae Canonice vel Clerice, Ecclesia non censetur exempta.
- 4 Exemptus respectu certi loci, si extra illum delinquat non gaudet privilegio exemptionis.
- 5 Canonici potest obtineri cum beneficio curato de jure communi secus post Concilium Tridentinum.
- 6 Capelle Principum & earum Capellani subsunt locorum Ordinarii, non autem Capellarum Magistris.
- 7 Episcopus fundat intentionem in tota Diocesi & in qualibet ipsius parte super exercitio ordinariae jurisdictionis.
- 8 Capella Regia visitari possunt ab Episcopo ex Decreto Concilii Tridentini, licet habeant in privilegio ut sint exemptae a visitatione Ordinarii.
- 9 Regia privilegia tolluntur per legem generalem, etiam si de illis non fiat specialis mentio.
- 10 Concilium Tridentinum in cap. 11. sess. 24. Et quoad Capellanos Regios, non habet locum, nisi extra visitationem.
- 11 Exemptio super certo articulo concessa, ad alium articulum non tenditur.
- 12 Exemptus ut suspendi, interdicti vel excommunicari non possit, in reliquis puniri potest ab Ordinario.
- 13 Una & eadem res diversis respectibus potest diverso jure censi.
- 14 Exemptus ratione Canonice respectu Parochialis subest jurisdictioni Episcopi.
- 15 Exemptus subest Episcopo ratione rei non exemptae.
- 16 Exemptus Ecclesiam, nec Parochiam quoad curam animarum, nec Parochiani intelliguntur exempti.
- 17 Regulares & saeculares exempti curam animarum exercentes in conventibus curam, subsunt jurisdictioni Episcopi.
- 18 Exempti tam saeculares quam Regulares Sacramentum aliquod de facto administrantes & in aliis casibus hic expressis, an sint subiacendi jurisdictioni & privationi Episcopi Diocesani & n. seq. usque in finem.
- 19 Constitutionis Gregorii XV. de exemptorum privilegio origo & compilatio & n. seq. usque in finem.
- 20 Regulares curam animarum non exercentes, sed aliquod Sacramentum administrantes ex Concilio Tridentino non subsunt Episcopo.
- 21 Regulares praedicantes absque licentia vel benedictione Episcopi aut Episcopo contradicente in vim Concilii non ab ipso Episcopo, sed a suis Superioribus Regularibus sunt puniendi.
- 22 Idem si audiant confessiones personarum saecularium sus Episcopi examine & approbatione.
- 23 Jurisdictio multoties conceditur ad cognoscendam, non

- autem ad exequendum vel personaliter distringendum.
- 24 Locus effectus Clericus vel Monachus post commissum delictum subest judici saeculari prevenienti quoad bona, sed non quoad personam.
- 25 Jurisdictio contentiosa in exemptis non censetur tributa, nisi in casibus in jure expressis.
- 26 Regulares administrantes Sacramenta Extrema Unctionis, Eucharistiae vel Matrimonii absque Parochi licentia, an sint excommunicati.

Um Capella. Ratione unius Beneficii dicitur ille subiectus, qui ratione alterius censetur exemptus. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Card. & alios communiter. Vel aliter & melius secundum Abbatem exemptus ratione certae rei vel loci non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci. Sunt duae partes. In prima ponitur querela. In secunda provisio hic quocirca.

Nota primo privilegium concessum personae cum adhesionem loci, puta Canonice talis Ecclesiae non esse merè personale nec merè reale, sed personale ad locum tamen determinatum & restrictum secundum Anton. de Butr. hic n. 3. & Mar. Soc. n. 4. in 4. not. & quidem ex eo quod sit personale, resultat ut exemptus alicujus Ecclesiae Canonice vel Clerice, Ecclesia ipsa non censetur exempta, ut per Innoc. & Host. in princ. Joan. Andr. n. 1. versj. per hoc tamen & Anchar. n. 2. in 2. not. & est hodie expeditum in c. per exemptionem §. Verum infra eodem lib. 6. & ex eo quod sit determinatum ad certum locum resultat ut si exemptus extra illum locum delinquat, privilegium exemptionis ei non suffragetur, ut hic patet & notant Butr. & Abb. uterque n. in 1. not.

Secundo nota de jure communi posse quem habere Canoniam cum beneficio curato: quod tamen intellige, ut notatur in c. de multa in fine de probat. in c. Gratia de rescript. in 6. & in c. 1. de consuet. eod. lib. secundum Joan. Andr. hic n. 2. Card. in princ. versj. Nota quem possit tenere beneficium curatum cum Canonica. Anchar. n. 3. in 3. not. quod tamen non probat haec littera, quia factum narrat secundum Joan. Andr. n. 2. vel isti Canonici habebant Parochiales ex dispensatione, prout hunc textum intelligit Host. in c. extrinsecus d. n. 15. versj. Quarto ratione dispensationis, supra de probat. sed quidquid sit de jure communi, hodie ex Concilio Tridentino Canonice est incompatibilis cum beneficio curato, cum utrumque personale residendum requirat, ut in c. 4. sess. 7. & c. 17. sess. 23. juncto c. 12. ejusdem sess.

Tertio nota Capellas Principum & Capellanos hic administrantes subesse locorum Ordinariis, non autem Magistris Capellarum, nam & ipsi Principes in Spiritibus subsunt Episcopi Diocesani, ut in c. Omnes Principes & c. Solita de major. & obed. c. Duo sunt 156. dist. ergo multo magis Clerici Capellarum se ipsa Capella secundum Abb. hic n. 4. & Mar. Soc. eod. n. in 3. not. Episcopus enim fundat intentionem super exercitio jurisdictionis ordinariae in tota Diocesi & in qualibet eius parte, ut 10. q. 1. per totam, c. Omnes basilicae, 16. q. 7. c. cum Episcopus de offic. Ordin. lib. 6. Caputaq. dec. 201. par. 2. seraph. dec. 1104. Sed Constitutio de privilegio exemptionis servanda erit dispositio hujus Decretalis quam Concilium Tridentinum non sustulit excepta visitatione, quin potius servavit in c. 11. sess. 24. hic. Et quoad Capellanos Regios, juxta Constitutionem Innocentii III. quae incipit Cum Capella.

Dixi excepta visitatione, quia d. c. 11. habet locum extra visitationem tantum: unde Capellae Regiae earumque Capellani quantumcumque gaudent prerogativa exemptionis, poterunt nihilominus visitari ab Episcopo loci ex Decretis c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 15. ut Sacri Congregatio alias declaravit, nam cum quidam Sacerdos Regis Capellanus vocatus ad iudicium coram Ordinario loci postulasset se remitti ad Capellanum majorem sub pretextu exemptionis: de qua habetur in Concilio, c. 11. sess. 24. Sacra Congregatio censuit c. 6. sess. 25. & c. 4. sess. 6. comprehendere Capellas Regias, etiam si in privilegio esset dictum ut non possent visitari ab Ordinariis, quia cum d. c. 6. deroget etiam fundationi & immemorabili, censetur derogare istis privilegiis. Non obstat quod privilegia Regia non censentur sublata nisi in specie dicatur, quia fallit in lege generali; & quando Concilium voluit exprimere, expressit. Dicitur autem c. 11. non procedere in actu visitationis; & sic intelligendum quando extra visitationem Ordinarii vult procedere.

Quarto nota exemptionem aliquando concedi non generaliter, sed super certo articulo, prout hic erat, quia Canonici Capellae Ducis Burgundiae non fuerunt plene in omnibus exempti a jurisdictione Ordinarii, sed in hoc tantum, ut non possent suspendi, interdicti vel excommunicari. In aliis ergo puniri poterunt, quia exemptio ad alium articulum non extenditur secundum Innoc. hic n. 1. versj. Item nota: unde Abbas antiquus sic ponebat casum brevem, videlicet: secundum privilegia formam tantum quam privilegiant censetur,

- 27 Executio est pars jurisdictionis.
- 28 Regulares audientes confessiones Monialium ipsis subiectarum, aut bona Monasteriorum earundem Monialium administrantes, non subsunt Episcopi jurisdictioni in vim Concilii Tridentini.
- 29 Exempti delinquentes circa clausuram vel personas intra septa degentes vel administrationem Monialium, an ab Episcopo puniri valeant.
- 30 Abbatissa electioni an Episcopus interesse possit.

ergo privilegia verba sunt diligenter ponderanda, c. Porro 12 supra eodem, propter varias exemptionum formas de quibus in c. si Papa infra eodem lib. 6. & cum sint contra jus commune, ad consequentiam non sunt trahenda sicut nec jus singulare, ut l. Quod verò, ff. de leg. secundum Petrum de Anchar. hic n. 2. & Mar. Soc. n. 2.

Quinto nota posse contingere, ut quis certo respectu sit ab Ordinario exemptus & alia consideratione sit eidem subiectus; & sic una & eadem res vel persona diversis respectibus seu qualitatibus potest diverso jure censi, concordat c. cum olim; & quod hic notatur supra de res. in c. ex litteris supra de probat. & in l. si consil. ff. de adopt. & in c. Rainutus & in c. Rainaldus, supra de testam. quod nota ad limitationem regulae quae habetur in c. Frater noster 16. q. 1. c. Cognovimus 2. q. 2. & c. cum in tuo de decim. & alterius regulae de qua in l. si duobus, ff. de statu liber. ut hic plenius declarat glossa.

Ultimo nota, exemptionem ratione Canonice si obtinet Parochialem Ecclesiam respectu ejusdem Parochialis; & sic in his quae curam animarum & Sacramentorum administrationem concernunt, Ordinarii jurisdictionem declinare non posse, nam exemptus ratione rei non exemptus subiacet jurisdictioni Ordinarii, ad hoc c. Quoniam infra eodem & c. 1. §. ult. in verbo Quoad hoc, eod. tit. lib. 6. secundum Innoc. hic n. 2. Ideoque exempta Ecclesia nec illius Presbiter qui Parochianorum curam habet quoad ea quae ad curam eandem pertinent nec ipsi Parochiani intelliguntur exempti, ut est casus in c. 17 per exemptionem de privil. in 6. quod apertius hodie sancitum est Decreto Concilii Tridentini in c. 11. sess. 25. de Regular. ubi tam Regulares quam saeculares animarum curam personarum saecularium exercentes Monasteria seu Dombus Regularibus incumbentes, immediate subiacent jurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi, in cujus Diocesi sunt sita.

Quarto, an exempti tam saeculares quam Regulares Sacramentum aliquod de facto administrantes & in aliis casibus infra scriptis, sint obijcendi jurisdictioni & punitioni Episcopi.

In Diocesi Giennensi, nonnulli exempti etiam Ordinum Militiarum, tamen Parochi non sint nec curam animarum suis Ecclesiis vel Monasteriis incumbentes exercent, nec ad eam fuerint ab Ordinario examinati & approbati: tamen uti Parochi de facto & absque ulla ipsius Ordinarii licentia, saepe Matrimonia solemnizant. Et cum Cardinalis Episcopus vellet in eos animadvertere tanquam delinquentes circa Sacramentorum administrationem ex Decreto Trident. Concil. c. 11. sess. 25. de Regular. exempti obijcerunt Decretum illud ad hunc casum non pertinere; loquitur enim de his Regularibus qui curam animarum exercent in Monasteriis seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum saecularium; hos enim subijcit Episcopo Diocesano in his quae dicuntur curam & Sacramentorum administrationem concernunt. At hoc casu exempti qui Matrimonia interfuerunt, id non egerunt ratione cure animarum. Ac propterea ob delictum ejusmodi non à Diocesano, sed ab eorum Superioribus Regularibus puniuntur ad suorum privilegiorum praescriptum. Quemadmodum Regulares quamvis prohibeantur in Ecclesiis qui sui Ordinis non sunt, praedicare absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis sui Ordinis non petià ab Episcopo benedictione, aut Episcopo contradicente ex ejusdem Concilii Decretis, c. 2. sess. 5. & c. 4. sess. 24. tamen S. Congregatio Concilii declaravit eos si contra fecerint, non posse ab Episcopo puniri, sed à suis Superioribus duntaxat. Quando enim Concilium voluit attribuerè Episcopis facultatem compellendi aut puniendi Regulares exemptos, id disertis verbis expressit, ut patet in c. 13. sess. 25. de Regular. hic. (Exempti autem omnes Clerici five saeculares five Regulares ad publicas Processiones vocati accedere compellantur) in c. 3. sess. 6 in c. 4. & 14. sess. 25. de Regular. atque alibi. Quod non fecit in d. c. 2. & 4. ubi verba non dirigitur in Episcopum, nec datur illi facultas coarctandi, sed simpliciter sit prohibito Regularibus.

Et similiter, quamvis Decreto c. 15. sess. 21. cautum sit nullum Presbiterum etiam Regularem posse confessiones saecularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat aut ab Episcopo



- 41 Exemptorum duo species.
- 42 Intellectus, cap. Volentes, de privil. lib. 6. & num. seq. & num. 45.
- 43 Constitutio juris veteris declaratoria novum hinc non inducit, sed quod prius latebat, manifestat.
- 44 Exemptio à jurisdictione Ordinarii, quantumcumque lata restringitur ad tres casus exemptos in cap. 1. de privil. lib. 6.
- 45 Exempti generaliter & indefinitè gaudent exemptione etiam cum delinquant, sed contrahunt, aut res litigiosa consistit in loco, ubi domicilium habent quomvis idem locus exemptus non sit.
- 46 Exemptio non inducitur per solam receptionem sub protectione Sedis Apostolicae.
- 47 Exempti à jurisdictione Ordinarii ex hoc ipso Papa sunt

**E**X parte il secundo. Receptus sub protectione Papæ per hoc non censetur exemptus. Hoc dicit. Communis divi. Secunda hic. Nos autem.

Nota primò generalem protectionem non eximere à jurisdictione Ordinarii. Butr. hic n. 3. & Anchar. in ult. not. atque ita hujusmodi protectio est fere inutilis, sicut confirmatio in forma communi, ut in c. Quia diversitatem, supra de concess. prob. Sed dicendum est in hoc proficere, quia ut inquit glossa in c. Receptus in verbo ad iudicium supra eodem; sic receptus debet major reverentia quam aliis, arg. c. per tuos, de major. & obed. & Papa forte citius movetur cum iniuste gravantur ad litteras concedendas. Dixi generalem protectionem, quia secus esset in protectione speciali, cum quis se & sua submittit Papæ, juxta textum in c. ad audientiam de appellat. ubi hinc differentiam inter generalem & specialem protectionem ponit glossa in verbo Nostre protectionis. Butr. & Anchar. proxime citati. Item secus esset si aliqui reciperent in propriis & specialibus subditis, quia per hoc censentur exempti, ut est expressum in c. si Papa, vers. Similiter infra eodem lib. 6. non sic si in propriis & specialibus filios Romanæ Ecclesiæ sint suscepti: tales quippe exempti propterea non existunt, ut hic dicitur in verbo Non sic, ubi corrigitur opinio Innocentii hic in vers. secus autem; & hic plene videat de pluribus exemptionum formalis.

Secundò nota, nec susceptionem Ecclesiæ sub protectione Sedis Apostolicæ nec susceptionem singularis personæ aut persone & Ecclesiæ simul importare exemptionem à potestate Episcopi. De Ecclesiâ tantum est textus in d. c. Receptus supra eodem, nisi ad iudicium perceperit libertatis Romanæ Ecclesiæ census annuus conferatur, ut hic dicitur & in d. c. si Papa, infra eodem lib. 6. De persona singulari seu de persona cum rebus, est textus hic; & ita vitatur superfluitas harum Decretalium secundum Abbatem & Marianum Socium. Ex quibus colliguntur duæ exemptionum species. Altera est merè personalis, cum scilicet persona ipsa simpliciter & absolute eximitur. Altera est localis seu mixta, id est eam persona eximitur respectu certi loci: puta Monachus respectu Monasterii vel Canonicus respectu Ecclesiæ. Abb. in c. Taurum n. 8. supra eodem.

Quid autem inter sit inter has duas exemptionum species; & an personaliter exempti ut Capellani & Familiares Papæ fortissimum forum Diocesani ratione delicti, contractus aut rei litigiosæ, dicam plenè in sequenti quaestione, præsertim à num. 49.

Quæro an Referendarii utriusque vel alterius Signaturæ eorumque Familiares etiam ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur sint exempti ab Ordinariorum jurisdictione.

Paulus III. in Constitutione quæ incipit Debitè consideratione, edita 30 Julii 1540. Referendarios multis hisque insignibus privilegiis decoravit, licet pleraque illorum postea subverta fuerint per posteriores aliorum Pontificum Constitutiones; & inter cetera tribuit illis exemptionem à jurisdictione Ordinariorum his verbis. Et nihilominus Referendarios ac illorum omnia & singula beneficia & officia Ecclesiastica que obtinent ac in futurum obtinebunt; & in illis pro tempore Deservientes ac Capellanos, Familiares & Servitores suos tam presentes quam futuros ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum & Ordinariorum locorum quorumcumque & iudicium etiam à dicta Sede delegatorum aut iudicium quomodolibet nunc & pro tempore existentium eximimus ac totaliter liberamus, ac sub B. Petri & Sedis prædictæ ac nostræ protectione suscipimus; nobisque & dictæ Sedi immediate subiectis, ac liberis, immanes, exemptos, susceptos & subiectos omnino constituimus & declaramus ac decernimus.

Quo opposito pro solutione quaestionis ante omnia discutendum est, an hujusmodi exemptio Referendariorum generaliter subverta fuerit ex aliquo Tridentini Concilii Decreto.

immediate subiecti.

- 49 Exemptiones merè personales non sunt restrictæ ad tres casus delicti, contractus, aut rei, sed mixta tantum.
- 50 Exempti etiam existant in loco exempto, si tamen delinquant in loco non exempto, puta projiciendo lapides & cap. possunt puniri ab Ordinario.
- 51 Exemptus conveniri non potest in loco domicilii, si alibi delinquit vel contrahat, aut res litigiosa consistat.
- 52 Referendarii si obtineant beneficia Ordinarii subiecta, eorumdem beneficiorum ratione Ordinarii subiectantur.
- 53 Religiosus exemptus si accipiat executionem ultima voluntatis, pro hujusmodi executione conveniri potest coram Ordinario.
- 54 Idem si suscipiat administrationem Confraternitatis vel Hospitalis.

Et quidem hæsitari potest primò, an fuerit subverta ex l. 1. sess. 24. ubi dicitur, ut si quando aliquos honorariis titulis Protonotariarum, Acolitharum, Comitum Palatini, Capellani regii, aut aliis hujusmodi in Romana Curia, vel extra insignibus decorandis esse placuerit, nihil ex iis privilegiis detractum esse Ordinarii intelligatur, quominus i. quibus ea jam concessa sunt, vel impotestum concedi contigerit, ipsi Ordinarii tanquam Officialis Sedis delegatis plenè in omnibus subiecti existant.

Et quoad hoc decretum ponderanda sunt verba illa & aliis hujusmodi, quæ aperte innunt Concilium voluisse comprehendere non solùm Protonotarios & eos, de quibus expresse meminit, sed etiam alios similes; atque ita in sui latitudine videtur apta comprehendere etiam Referendarios, cum & ipsi non alter privilegio exemptionis potantur, quam ratione tituli Referendariarum, cui ex indulto Sedis Apostolicæ exemptio annexa est, præsertim verò quia sunt etiam Notarii Apostolici ex privilegio infero in prædicta Constitutione Pauli III. ita ut propterea expresse & nominatim videantur inclusi in dict. cap. 11.

Sed in contrarium facit, quia illa dictio, aliis, posita in dict. cap. 11. importat omnimodam similitudinem ad expressa, Butr. in l. Sed & reprobari, & num. 6. de excess. tut. Bald. in l. fugitivus, colum. ultim. C. de serv. fugit. Boro. conf. 41. num. 10. vol. 1. & conf. 51. num. 29. quod habere locum etiam dixisset & aliis omnibus, quia nihilominus per hæc verba generalia non venient majora, vel graviora, quam expressa fuissent, casus est in Clem. non potest, de procur. in l. fin. §. Cui dulcia, de rit. vin. & oleo leg. Sed abique dubio procedit hoc casu, quia post verbum, aliis, Concilium adiecit etiam dictionem, hujusmodi, quæ pariter similitudinem inducit, l. Denique, ff. de sign. cap. final. de form. compet. lib. 6. & per similitudinem demonstrat l. Hujusmodi de leg. 1. & post certum ordinem, expresse restringit dispositionem ad id ad quod adiecit Federæ de Sen. conf. 25. n. 4. in fin. vers. Respondet ista Constitutio; sed supra immediate Concilium expresse habentes titulos honorarios Protonotariarum, Acolitharum, Comitum Palatini & Capellani Regii. Ergo per subsequenter verba aut aliis hujusmodi non comprehendit Referendarios, quia non sunt similes expresse, sed majores. Etenim ut inquit Samen. in compend. utriusque Signaturæ n. 31. (Referendarii inter officiales Curie digniores reputantur, nam in regulis prærogativarum & expectantium primi omnium Referendarii scribuntur, deinde Protonotarii participant, tertio Corretores, postea Subdiaconi numerarii, quarto Auditores Rote, postea Clerici Camere, deinde Auditor Camere & Abbreviatores actu officia sua exercent, itaque Referendarii ab ordine literæ censentur digniores ceteris aliis, quia primò nominantur, l. 1. & 2. ff. de Alb. Scrib. Et ideo dato expectativarum concursu inter predictos Officiales, Papa voluit Referendarios præcedere.) Hæc Sarnen. Rationem verò cur Pontifices voluerint Referendarios ceteris Officialibus antecedere, subjicit August. Aretin. in §. fin. in princip. in fine. de except. quia quotièdè apud principem & in ejus presentia, imò simul cum eo officia sua exercent opere & consilio adjuvantes: quod alii Officiales seorsim faciunt, nec ita immediate Papam juvant & sequitur Joan. de Terra rub. in tract. primogen. fol. 108. colum. 1. Sarnen. loc. cit. Quæ quidem ratio habetur etiam in antedicta Constitutione Pauli III. Ut Referendarii nostri qui præ ceteris Officialibus & Ministris nostris propinquis nobis assistunt, plures etiam Referendariorum prærogativas recentet ibidem Sarnen. n. 32. post Butr. in l. Eos, Cod. de excusat. mun. lib. 10. & Rota decis. 306. in novis quæ est tertia, in tit. de renunc. Præterea Referendarii non habent simpliciter titulum honorarium, ut Protonotarii non participant & reliqui, de quibus Concilium loquitur, sed habent officium, videlicet libellos supplicatarum Summo Pontifici oblatos accipiendi & causas coram ipso introducendi, seu referendi, ut inquit Speculat. in tit. de supplicat. §. 1. & ante eum Innocent. in cap. Ex litteris, n. 2. vers.

vers. Et quidem libellos, de in integr. restit. nec aliud sensit gloss. 1. in Authent. de Referendariis Sacri Palatii col. 2. dum ait Referendarios esse qui sunt Advocati in Curia Principis, dictos ex eo quod referunt voces hominum coram Principe & gloss. in Authent. Quomodo oportet Episcopos, §. Non autem aliter, in fin. in verb. Referendarii, dicitur, Referendarios esse qui stant in Curia, ut præsentent ad variationem venientibus, ut dicta eorum referant, quorum quidem ministerium fuit explicare à Sarnen. in compend. utriusque sign. n. 26. relatis constitutionibus & ordinationibus Alex. VI. & habetur in antedicta Constitutione Pauli III. & in Constitutione Sixti V. de quo infra n. 19. Et ad hujusmodi officium non assumunt nisi coopte; & spectare virtutis viti, nec quisquam admittitur ad Signaturam justitiam antequam ab illic Præfeco vocatus & congregatus ad id sex antiquioribus Referendariis examinatus fuerit; & ad hunc effectum saltem bina supplicationes, seu commissiones sibi ab ipso Præfeco ex tempore portatas propoluerit & suffragiis eorumdem sex Referendariarum & Præfeci collectis taliter se gesserit, ut relatione per eundem Summo Pontifici facta, mererent commendari & approbari; præsertim prius per eum in manibus ejusdem Præfeci solito præsentato ad præscriptum ordinationem Alexandri VI. relate à Sarnen. loco citato. Et ad Signaturam gratiæ nomen patet ascensum, nisi saltem triennio in Signatura justitiæ fuerit laudabiliter versatus: quorum etiam duodecim antiquioribus sententia dicitur in ipsa Signatura gratiæ facultas exire & Singulis Referendariis ante admissionem litterarum Apostolicarum sub plumbo super concessione sui officii Referendariarum hujusmodi tenentur expedire Datari manu subscriptas prout hæc habentur in eadem Sixti V. Constitutione, licet usque ad tempora Alexand. VI. ferunt solo verbo, ut per Sarnen. ubi supra num. 27. Hujus autem officii contemptatione fuit illis concessum exemptionis privilegium, ut constat ex prædictis Constitutionibus Pauli III. in princ. & Sixti V. in vers. Ceterum ut Referendarii. Et hæc ratio & eodem Paulo III. Prælati, ac etiam familiares continui commensales declarantur, & excellenti dignitate sublimantur: quæ quidem omnia & alia plura, quæ in eisdem Extravagan. exarantur, nullatenus congruunt his qui simplices titulos honorarios obtinent à Sede Apostolica: unde sequitur, ut Referendarii minime comprehendantur in d. c. 1. i. §. 24. sub illis verbis & aliis hujusmodi, quæ sunt repetitiva similia, ut ostensum est supra.

Et confirmatur, quia quædã sunt canonice sunt enumeratæ minores, aut inferiores personæ, non possunt postea sub prædicta clausula que subiecitur, majores seu superiores includi, cap. Sides, & hic Anon. de Butr. nu. 10. de rescript. Bero. in cap. 1. n. 205. de judic.

que titulus honorariis à Sede Apostolica conceduntur ex mera gratia, nullatenus videtur extendenda ad exemptionem concessam Referendariis ex debito iustitiæ & in remunerationem laborum & ita in terminis debitis gratiæ concessit à Papa cum narrativa illa, Dignum quin potius debitam per considerationem predictarum consulat Petr. de Anchar. conf. 295. Pro clarioris, n. 6. vers. Quare quod dicta regula. In hoc tamen advertendum est, quia Rota tenet clausulas illas que in initio litterarum Apostolicarum solent apponi de virtute & meritis ejus, cui fit gratia fore apponi ex filio, non autem per modum causæ ut apud Seraph. decis. 1428. num. 10.

Sed quatenus à Concilio in d. cap. 11. sess. 24. subverta esset Referendariorum exemptio, tamen Sacra Congregatio declaravit decretum illud non habere locum in causis civilibus, sed in criminalibus tantum. Nec obstat verba universalis hinc posita, quia omnia restringuntur ad limites rationis expresse in præmio quæ verò non congruit nisi exemptioni in causis criminalibus: illa enim proprie pertinet perturbationem in jurisdictione Episcoporum & præbat exemptis occasione lationis vite, non autem exemptioni in causis civilibus. Absolutum est autem rationem in præmio positam regulare totam dispositionem, utamque restringere ac limitare ad terminos ipsius rationis Bald. conf. 156. elegant. & copiose n. 4. v. Nisi dicimus. 1. Lap. all. 01. n. 24. Et exceptio que fit de Capellani Regii, itidem habet locum in causis criminalibus dumtaxat de quibus loquitur cap. cum Capella supra eod. secundum ea que in hac specie tradit Rota dec. 744. n. 2. par. 1. divers. unde firmat regulam in contrarium in criminalibus non autem in civilibus, quia exceptionis natura est declarare regulam non autem illam ampliare ut comprehendat ea que non sunt de genere regulæ, Bald. conf. 131. casus talis est, vers. super secundo lib. 1. Alex. conf. 28. Visi & accuratè n. 11. vers. Non obstat quod exceptio lib. 1. Roman. conf. 359. circa primum n. 13. vers. Veritas tamen; & hæc ratio exceptio que fit in fine d. c. 11. sess. 24. à Constitutione Eugeniæna quoad obtinentes beneficia ratione dictionum beneficiorum; & non videtur habere locum in causis civilibus, nec eidem Eugeniæna videtur derogatum nisi in causis criminalibus, ut reperitur adnotatum in libris S. Congregationis manu Cardinalis Caracæ. Porro quoad Protonotarios de quibus loquitur d. c. 11. S. Congregatio die 14. Decembris 1649. dicitur censuræ Prænotarios Apostolicos ex privilegio deferentes habitum & rochetum, non posse in prima instantia coram Ordinariis locorum conveniri in causis civilibus summam 25. ducatorum auri de Camera excedentibus. Hec quoad c. 11. sess. 24.

Sed ex alio Concilii Tridentini Decreto videtur subverta exemptio Referendariarum eorumque Familiarium concessa in prædicta Extravag. Pauli III. neap. ex c. 3. sess. 6. Junia c. 4. sess. 14. nam in d. c. 3. statuitur ut nullo Clericali seculari cuiusvis privilegii potestatem ut tutus consideratur, quominus si deliquerit, & Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato juxta Canonicas Sanctiones visitari, puniri & corrigi valeat. Et quia Decretum hoc non habet locum nisi in visitatione: ideo in d. c. 3. sess. 14. decretum ut omnes Ecclesiarum Prælati in suis Ecclesiis referendarios, quoscumque seculares Clericos qualescumque exemptos qui alias sunt jurisdictionibus subiecti de eorum excessibus, criminibus & delictis quoties & quando opus fuerit etiam extra visitationem tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegat corrigendi & castigandi facultatem habent quibuscumque exemptionibus ipsi Clerici ac eorum coniunguntur, Capellani, Familiares, Procuratores & alii quibuslibet ipsorum exemptorum contentatione ac incuria minime sit fragantibus. Et quoad hæc Decreta: primò observanda est differentia inter Episcopos residentes & non residentes & possunt procedere contra exemptos in visitatione tantum, & eosque punire punitione illa duntaxat que respicit morum correctionem in actu ipsius visitationis, ut patet in d. c. 3. quod alia ita interpretata est S. Congregatio. Sin autem in suis Ecclesiis residentem, punire possunt quoscumque exemptos etiam post ordinem & extra ad eum visitationem, ut coarctat ex d. c. 4. quod clarius habetur etiam in Constitutione Pii IV. super Episcoporum residentia que incipit De salubri gratia edita ante Concilii Tridentini publicationem Dignè observanda sunt verba illa d. c. 4. sess. 14. quoscumque Clericos seculares, nam dictio illa quoscumque universalis est & nihil penitus excludit, c. solita, vers. Quoscumque hujusmodi; & hic Abbas in ult. not. de major. & obed. c. Quoscumque & hic Archid. in verbo Quoscumque de offic. Ord. lib. 6. Rom. conf. 21. Visi his n. 2. ita ut comprehendat omnes etiam in sublimi dignitate constitutos & specialiter nota dignos secundum gloss. in c. Quoscumque & hic etiam Archid. in primo de sent. excom. lib. 6. & est text. in d. c. solita & eo magis quia verba illa quoscumque Clericos seculares adhibentur à Concilio verba qualescumque exemptos. Item verba quoscumque exemptionibus: quæ quidem geminatio & inculcatio

que titulus honorariis à Sede Apostolica conceduntur ex mera gratia, nullatenus videtur extendenda ad exemptionem concessam Referendariis ex debito iustitiæ & in remunerationem laborum & ita in terminis debitis gratiæ concessit à Papa cum narrativa illa, Dignum quin potius debitam per considerationem predictarum consulat Petr. de Anchar. conf. 295. Pro clarioris, n. 6. vers. Quare quod dicta regula. In hoc tamen advertendum est, quia Rota tenet clausulas illas que in initio litterarum Apostolicarum solent apponi de virtute & meritis ejus, cui fit gratia fore apponi ex filio, non autem per modum causæ ut apud Seraph. decis. 1428. num. 10.

Sed quatenus à Concilio in d. cap. 11. sess. 24. subverta esset Referendariorum exemptio, tamen Sacra Congregatio declaravit decretum illud non habere locum in causis civilibus, sed in criminalibus tantum. Nec obstat verba universalis hinc posita, quia omnia restringuntur ad limites rationis expresse in præmio quæ verò non congruit nisi exemptioni in causis criminalibus: illa enim proprie pertinet perturbationem in jurisdictione Episcoporum & præbat exemptis occasione lationis vite, non autem exemptioni in causis civilibus. Absolutum est autem rationem in præmio positam regulare totam dispositionem, utamque restringere ac limitare ad terminos ipsius rationis Bald. conf. 156. elegant. & copiose n. 4. v. Nisi dicimus. 1. Lap. all. 01. n. 24. Et exceptio que fit de Capellani Regii, itidem habet locum in causis criminalibus dumtaxat de quibus loquitur cap. cum Capella supra eod. secundum ea que in hac specie tradit Rota dec. 744. n. 2. par. 1. divers. unde firmat regulam in contrarium in criminalibus non autem in civilibus, quia exceptionis natura est declarare regulam non autem illam ampliare ut comprehendat ea que non sunt de genere regulæ, Bald. conf. 131. casus talis est, vers. super secundo lib. 1. Alex. conf. 28. Visi & accuratè n. 11. vers. Non obstat quod exceptio lib. 1. Roman. conf. 359. circa primum n. 13. vers. Veritas tamen; & hæc ratio exceptio que fit in fine d. c. 11. sess. 24. à Constitutione Eugeniæna quoad obtinentes beneficia ratione dictionum beneficiorum; & non videtur habere locum in causis civilibus, nec eidem Eugeniæna videtur derogatum nisi in causis criminalibus, ut reperitur adnotatum in libris S. Congregationis manu Cardinalis Caracæ. Porro quoad Protonotarios de quibus loquitur d. c. 11. S. Congregatio die 14. Decembris 1649. dicitur censuræ Prænotarios Apostolicos ex privilegio deferentes habitum & rochetum, non posse in prima instantia coram Ordinariis locorum conveniri in causis civilibus summam 25. ducatorum auri de Camera excedentibus. Hec quoad c. 11. sess. 24.

Sed ex alio Concilii Tridentini Decreto videtur subverta exemptio Referendariarum eorumque Familiarium concessa in prædicta Extravag. Pauli III. neap. ex c. 3. sess. 6. Junia c. 4. sess. 14. nam in d. c. 3. statuitur ut nullo Clericali seculari cuiusvis privilegii potestatem ut tutus consideratur, quominus si deliquerit, & Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato juxta Canonicas Sanctiones visitari, puniri & corrigi valeat. Et quia Decretum hoc non habet locum nisi in visitatione: ideo in d. c. 3. sess. 14. decretum ut omnes Ecclesiarum Prælati in suis Ecclesiis referendarios, quoscumque seculares Clericos qualescumque exemptos qui alias sunt jurisdictionibus subiecti de eorum excessibus, criminibus & delictis quoties & quando opus fuerit etiam extra visitationem tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegat corrigendi & castigandi facultatem habent quibuscumque exemptionibus ipsi Clerici ac eorum coniunguntur, Capellani, Familiares, Procuratores & alii quibuslibet ipsorum exemptorum contentatione ac incuria minime sit fragantibus. Et quoad hæc Decreta: primò observanda est differentia inter Episcopos residentes & non residentes & possunt procedere contra exemptos in visitatione tantum, & eosque punire punitione illa duntaxat que respicit morum correctionem in actu ipsius visitationis, ut patet in d. c. 3. quod alia ita interpretata est S. Congregatio. Sin autem in suis Ecclesiis residentem, punire possunt quoscumque exemptos etiam post ordinem & extra ad eum visitationem, ut coarctat ex d. c. 4. quod clarius habetur etiam in Constitutione Pii IV. super Episcoporum residentia que incipit De salubri gratia edita ante Concilii Tridentini publicationem Dignè observanda sunt verba illa d. c. 4. sess. 14. quoscumque Clericos seculares, nam dictio illa quoscumque universalis est & nihil penitus excludit, c. solita, vers. Quoscumque hujusmodi; & hic Abbas in ult. not. de major. & obed. c. Quoscumque & hic Archid. in verbo Quoscumque de offic. Ord. lib. 6. Rom. conf. 21. Visi his n. 2. ita ut comprehendat omnes etiam in sublimi dignitate constitutos & specialiter nota dignos secundum gloss. in c. Quoscumque & hic etiam Archid. in primo de sent. excom. lib. 6. & est text. in d. c. solita & eo magis quia verba illa quoscumque Clericos seculares adhibentur à Concilio verba qualescumque exemptos. Item verba quoscumque exemptionibus: quæ quidem geminatio & inculcatio

Fagnan. in V. Lib. Decretal.



- tenoris dicte Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nulle atque irritæ veniunt.
- 9 An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum secularium audiantur, censentur etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum.
  - 10 An Regularis ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatus, confessiones Monialium alterius Monasterii audire possit.
  - 11 An Confessores Regulares extraordinarii semel ab Episcopo deputati & approbati ad audiendas Monialium confessiones pro una vice infra annum ad Præscriptum Sacri Concilii Tridentini, possint virtute dicte approbationis, pluries tanquam Confessores extraordinarii eorundem confessiones audire absque nova Episcopi licentia.
  - 12 Cùm in eadem Constitutione statutum sit ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium atque Administratores bonorum ad eorundem Monialium Monasteria pertinentium; ipsique Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores & Administratores amovendi quoties & quando opus esse judicaverit, an ejusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur.
  - 13 An eadem Constitutio, quâ parte supponit Episcopi jurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram vel bonorum administrationem eorundem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis; an verò totum in notoriis & cum scandalo populis.

**SACRA CONGREGATIO CARDINALIUM**  
 Concilii Tridentini Interpretum censuit Constitutionem suam memorie Gregorii XV. de exemptionum privilegiis, nequaquam subicere Regulares exemptis quibus cura animarum personarum secularium non incumbit Episcoporum jurisdictioni in his que Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis per se ipsos secularibus administrandis idem Regulares delinquant, ac præterea.

- A**d primum dubium respondit, Episcopis non licere in vim ejusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca ubi inisdem Ecclesiis asseratur Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, vel ubi confessiones personarum secularium audiuntur.
- Ad secundum. Hac in parte Constitutionem nihil novi juris induisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse; ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis ac temporibus aut certarum personarum confessiones audiant vel aliis illorum privilegiis in Sacramentis administranda restringere aut moderari. Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.
- Ad tertium. Censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diocesis.
- Ad quartum. Non competere.
- Ad quintum. Jus confirmandi Abbatissas, minimè fuisse

Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad sextum. Confessarios quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diocetano idonei judicentur & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in confessionibus Sanctimonialium audiendis, absque alio examine & approbatione Episcopi. Quod si contingat ut illorum facultas à Sede Apostolica ultra triennium prorogetur: tunc debere eos ab Episcopo examinari & approbari.

Ad septimum. Superiores Regulares electos seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem: quibus alioquin facultas competat audiendi confessiones Monialium sibi subjectarum, posse durante eorum officio pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantum que spontè ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos qui post Constitutionem eligentur aut quocummodo deputantur, vel qui in eorum officis seu dignitatibus, expleto jam tempore à Constitutionibus cujusque Ordinis vel alias legitime præfinito, ad aliud tempus confirmantur, nequaquam posse Sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à Diocetano Episcopo, idonei judicati, atque approbati fuerint.

Ad octavum. Confessiones hujusmodi nullas atque irritas esse.

Ad nonum. Regulares generaliter ab Episcopo approbator, ad confessiones personarum secularium audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum; sed gere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad decimum. Regularem ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii.

Ad decimum primum. Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Ad decimum secundum. Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio & prudentie Episcoporum quorum conscientiam Sacra Congregatio ferè oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quocummodo abutantur ejus rei in districto Dei Judicio rationem reddituri.

Ad decimum tertium. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum & cum populi scandalo.

*Qua Sacra Congregatio responsa ad se velata. felicitis recordationis Gregorii XV. & Sanctissimi D. N. Urbani VIII. in omnibus approbavit.*

A. Card. Cætanus.

Prosper Fagnanus Sacra Congregationis Secret.



# DE PRIVILEGIIS

Idem Innocentius III. Auzonen. Episcopo.

## CAPUT XVIII.

**E**X parte tua quaesitum, utrùm Clerici & Laici, qui litteras protectionis ostendunt, in quibus personæ suæ expresso nomine, cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur, à jurisdictione Episcopi Diocetani sint exempti? Nos autem tibi respondemus, quod per litteras hujusmodi, ab Episcoporum suorum potestate minimè subtrahuntur.

## SUMMARIUM.

- 1 Exceptio generalis persona tantum aut persona & rerum sub protectione Papa non eximit personam nec res à jurisdictione Episcopi.
- 2 Exemptio alia est merè personalis, alia localis vel mixta. Ibid. vers. Secundo nota.
- 3 Referendarii utriusque vel alterius Signature eorumque familiares, an etiam ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, sint exempti ab Ordinariorum jurisdictione & n. seq. usque in fin.
- 4 Referendarius exemptio à jurisdictione Ordinarii ex Bulla Pauli III. an sublata sit ex c. 1. fell. 24. Conc. Trid. n. 2. usque ad n. 12.
- 5 Dicitio hujusmodi similitudinem inducit & per similitudinem demonstrat, n. 2. vers. Et quoad hoc.
- 6 Referendarii sunt ceteris Officialibus & Ministris Curie digniores & cur n. 3.
- 7 Referendarii non habent simpliciter titulum honorarium, sed officium & in quibus consistat & n. 11.
- 8 Referendarii qualiter & quando admittuntur ad Signaturam Justitiae vel Gratie.
- 9 Littera Apostolica quando dicuntur gratiam vel Justitiam continere.
- 10 Exemptionis indultum Referendarii concessum est ex debito justitiae in remunerationem laborum quos sustinent pro servitio Sedis Apostolicae & universalis Ecclesiae utilitate.
- 11 Concilii Tridentini Decretum c. 11. fell. 24. procedit in causis criminalibus tantum, non autem in civilibus.
- 12 Ratio in promissio posita restringit dispositionem generalem ad limites ipsius rationis.
- 13 Eugeniana Constitutio quoad obtinentes beneficia non fuit derogatum à Concilio Tridentino, nisi in causis criminalibus.
- 14 Protostarii Apostolici ex privilegio deferentes, habitum & rochetum non possunt in prima instantia coram Ordinariis locorum conveniri in causis civilibus summam 25. ducatorum auri de Camera excedentibus.
- 15 Referendariorum eorumque familiarium exemptio ex Bulla Pauli III. sublata fuit à Concilio Tridentino in c. 3. fell. 6. & c. 4. fell. 14. Declaratur num. 16.
- 16 Episcopi tanquam Sedis Apostolicae delegati possunt procedere contra exemptos extra jurisdictionem, si in jure Ecclesiæ resideant, aliàs secus.
- 17 Dicitio quicumque est effrenata & comprehendit omnes, etiam in sublimi dignitate constitutos & n. 45.
- 18 Familiarium Referendariorum exemptio de qua in Bulla Pauli III. sublata fuit à Concilio Tridentino in favorem Episcoporum residentium & n. seq. nec revixit per Constitutionem Sixti V. n. 20. & n. 51.
- 19 Referendariorum exemptio de qua in Bulla Pauli III. sublata est à Concilio Tridentino etiam in causis civilibus.
- 20 Referendariorum exemptio à Concilio Tridentino sublata fuit probata etiam ex Constitutione Sixti V.
- 21 Bulla Sixti V. qui Referendarii eximuntur à jurisdictione Ordinariorum expenditur & n. seq.
- 22 An eadem Bulla jusserit Decreta Concilii Tridentini quibus exempti subiciuntur Ordinariis ut Sedis Apostolicae delegatis.
- 23 Papa nunquam ita eximit aliquem à jurisdictione, quin ipse possit per se vel suos delegatos procedere.
- 24 Jurisdictione Ordinarii sublata, non censetur sublata jurisdictione per Sedem Apostolicam delegata. Declaratur n. 25.
- 25 Exemptio à visitatione sub generali exemptione à jurisdictione non comprehenditur. Declaratur n. 30. & seqq.
- 26 Exemptionis privilegium potius intelligi debet ut in suo casu corrigat jus præcedens, quàm ut sit inane & elusorium.
- 27 Constitutio posterior tollit Decreta Concilii Tridentini contraria, etiam si eidem Concilio specialiter non deroget.
- 28 Papa est iudex ordinarius exemptorum & n. 48.
- 29 Exemptiones à jurisdictione Ordinarii etiam impoſuerunt concedenda que titulis honorariis sunt annexæ, sublatae sunt à Concilio Tridentino.
- 30 Constitutio posterior edita motu proprio & ex certa scientia derogat prima contraria etiam habenti clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones.
- 31 Cardinales quatuor à Paulo III. creati per litteras in forma Brevis post ejus obitum exhibitas. Ibidem.
- 32 Verba universalis & geminata excludunt etiam ea quae alias non includerentur & n. 44.
- 33 Legati facultas conferendi beneficia, an comprehendat beneficia Papæ reservata.
- 34 Exempti Sedis Apostolicae immediatè subiecti non subsunt visitationi Ordinarii.
- 35 Referendarii an sint veri familiares Papæ, an verò ex privilegio & n. seq. usque ad n. 40.
- 36 Familiaritas vera & non ficta constituitur ex commensalitate & servitio & n. seq.
- 37 Cardinales non sunt Papæ familiares. Item, nec Potæ Auditores. Ibid.
- 38 Familiares veri non constituuntur ex eo quod recipiuntur à Papa in veras, ac proprios familiares, nisi insistant circa servitium & vivant expensis illius.
- 39 Constitutio Pauli III. super familiaritate Referendariorum expenditur, ibid.
- 40 Princeps potest contra veritatem fingere, sed non veritatem immutare, n. 37. vers. Et Princeps.
- 41 Sappatronatus concessum à Papa cum clausula, ut sit perinde ac si effect ex fundatione vel donatione laicorum etiam Regum, censetur ex privilegio & est abrogatum à Concilio Tridentino.
- 42 Referendarii ratione beneficiorum quae obtinent an subsunt jurisdictioni Ordinarii.
- 43 Referendariorum exemptio ab Ordinariis jurisdictione an sit restringenda, ut non habeat locum ratione delicti seu contractus aut rei litigiosa & n. seq. usque in fin.



approbatur: tamen Regulares non curatos qui de facto confessiones secularium audiunt, absque Episcopi examine & approbatione, Sacra Congregatio censuit non ab Episcopo, sed à suis Superioribus esse puniendos, nec ad hunc casum pertinere decretum d. cap. 11. quod loquitur de exercitibus curam animarum Monasterii incumbentem. Nec cap. Per exemptionem infra eodem lib. 6. quia loquitur de Presbitero qui Parochianorum curam habet: Sicuti neque ad hunc casum pertinet decretum d. c. 11. sess. 24. Quod subijcit exemptos jurisdictioni ad prescriptum hujus Decretalis, cum hæc loquatur de exemptis qui Ecclesiis Parochialibus præficiuntur. Unde eodem modo contendunt Regulares non posse ab Episcopo coerceri supra dictos, qui de facto Matrimonia solemnizant. In multis enim casibus jura dant potestatem cognoscendi sed non exequendi, ut l. A Divo Pio, ff. de re jud. gl. 1. in Clem. 1. de foro compet. & inter non subditos non est bona consequentia: Episcopus habet jurisdictionem, ergo & personalem distinctionem, ut ait Ancharan. in cap. Ea que sub nu. 17. de regul. jur. in 6. Ideoque laicus effectus Clericus vel Monachus post commissum delictum, licet quoad bona sub sit jurisdictioni Judicis secularis prævalentis; non tamen potest ab eo personaliter dirigi, aut puniri secundum optionem Joan. Andr. communiter receptam in cap. unica supra de obligat. ad rationem. Et similiter etiam Judex laicus quandoque de causis Clericorum cognoscit, tamen coercere personas Ecclesiasticas vel ipsarum bona per executionem realem non potest sine mandato Episcopi, c. Ut summa de sent. excomm. Anchar. in d. c. Ea que sub nu. 17. ver. Item licet territorium. Præsertim verò, quia actus concedendi licentiam interveniendi Matrimonii celebrandis prædicandi in Ecclesiis sui vel alterius Ordinis & confessiones audiendi sunt voluntarie jurisdictionis; à qua non rectè inferatur ad jurisdictionem coercendi; que est contentiosa & que nunquam censetur tributa in exemptos, nisi in casibus à jure expressis, ut per Joan. Andr. Gemin. & Franc. in cap. Episcoporum, de privil. in 6. Unde in simili quamvis in Clem. 1. de sent. excomm. Regulares utcumque exempti jubentur servare interdicta Ordinariorum: tamen si interdicta non servaverint, non propterea ab eis puniri possunt secundum Vitalin. hic post Paul. num. 92.

Hæc cum à Cardinali Episcopo ad S. Congregationem delata fuerint visa fuerit egere speciali Sedis Apostolicæ remedio; nam et si verba Concilii sint clara, ideoque non admittant interpretationem aut conjecturam voluntatis absurdum tamen esse, ut melioris conditionis sint qui de facto nulla autoritate suffulti unum vel plura Sacramenta administrare presumunt, quam qui illa administrant ratione curæ prævio examine & approbatione Episcopi, cum præsertim ex Clement. Quia contingit, de privil. Religiosi qui Clericis aut laicis Sacramentum Unionis extreme vel Eucharistiæ administrare, Matrimonia solemnizare presumpserit, non habita super his Parochialis Presbiteri licentia speciali, excommunicationis incurram sententiam pro facto per Sedem Apostolicam duntaxat absolvendi; & locorum Ordinarii postquam de hoc sibi consiterit possint eos excommunicatos facere publicè denunciari, licet hæc poena excommunicationis quoad Matrimonia fuerit postea sublata decreto Tridentini Concilii cap. 1. sess. 23. de reform. Matrim. quod fuit contentum sola poena suspensionis, ut aliis S. Congregatio declaravit. Sed nihilominus ex d. cap. 1. nulla atque irrita sunt Matrimonia, ut proponitur, celebrata. Et valde absurdum videtur, ut cum hæc concernant animarum salutem & spectent ad curam & sollicitudinem Episcopi, ipse habeat manus ligatas & officium suum hæc in parte exequi non possit, cum executio sit pars jurisdictionis cap. Si Delegatus de off. Deleg. in 6. & notat Joan. de Anan. in cap. Significasti in fine supra eod. tit. Ad hoc cap. Quia frater 7. qu. 1. & quod per illum textum notat Innocen. in c. Ad aures, n. 2. supra de tempor. ordinat. ubi ait: Vani capitis esset, qui diceret Prælatum non posse præcipere sine causæ cognitione & maxime in his que pertinent ad suum officium; & sequitur hic Joan. de Anan. ante num. 4. Ob quam rationem visa sunt etiam egere specialis provisione duo inconvenientia superius relata de Regularibus qui prædicant verbum Dei sine Episcopi licentia vel benedictione, aut Episcopo contradicente, ac de illis, qui de facto secularium confessiones audiunt sine examine & approbatione Episcopi: Ideoque expedire ut si Sanctissimo placuerit aliquid addatur ad prædicta Concilii decreta & per generalem Constitutionem detur Episcopo facultas coercendi exemptos tam seculares quam regulares, qui in marum curam personarum secularium Monasterii, seu domesticæ Sacramenta incumbentes exercent, sive alias Ecclesiasticæ Sacramenta aut unum ex illis ministrant prævia Episcopi licentia & approbatione; sive quomodocumque in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum vel ali-

cujus ex illis administratione de facto se ingerant in his que hujusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimode jurisdictioni, visitationi & correctioni Diocesani Episcopi itaque Sedis Apostolicæ Delegati plene in omnibus subiciantur. Et similiter habeat Episcopus auctoritatem puniendi quoscumque exemptos, tam seculares quam regulares, qui in alienis Ecclesiis aut que suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia & in Ecclesiis suis aut suorum Ordinum non petita Episcopi benedictione aut ipso contradicente prædicare presumpserint.

Paulò post Cardinalis Ludovicius retulit in Sacra Congregatione Episcoporum Regularium abusus circa Monasteria Monialium eis subiectarum, & cum deliberatum esset de remediis, Cardinalis Ubaldinus resultit in S. Congregatione Concilii compilari Constitutionem circa privilegia Regularium, qui delinquant in administratione Sacramentorum & prædicant absque Episcopi licentia vel benedictione aut Episcopo contradicente; & ne leges multipliciter proposuit è re esse, ut in eadem Congregatione agatur de aliqua provisione etiam quoad Monasteria Monialium; & hoc quoque caput inferatur in eadem Constitutione, quod & reliqui omnes probantur.

Itaque cum de his de liberatum esset in S. Congregatione Concilii habita die 17. Decembris 1621.

Tamet si Monasteria Monialium Regulariter subiectarum non sub sint Episcoporum jurisdictioni, sed iuxta sint à Concilio relinquit sub eorumdem Regularium cura & custodia in capite 8. & 9. sess. 25. de Regular. & propterea Episcopi nullam habeant auctoritatem in Regularibus, qui earumdem Monialium confessiones audiunt, aut in eorumdem Monasteriorum administratores, ut aliis Sacra Congregatio declaravit, quia tamen experientia docuit valde expedire Ecclesiasticæ discipline, ut Diocesani circa hæc & alia infra scripta aliquam habeant facultatem; Patres censuerunt Constitutionem, ut proponitur publicandam addendum esse; ( Ut Episcopi habeant auctoritatem approbandi Confessarios tam seculares quam regulares Monialium regularibus subiectarum, eosque confessarios & administratores ex legitima causa movendi, saltem ubi Superiores Regulares ab Episcopo admoviti eos amovere detrectaverint ad exemplum, cap. 8. & cap. 14. sess. 25. de regul. ubi in casibus hic expressis regulares subijciuntur Episcopi in casum negligentie superiorum.)

Deinde etiam exempti in concernentibus clausuram Monasteriorum Monialium etiam Regularibus subiectarum sub sint Episcoporum jurisdictioni tam ex dispositione juris communis, cap. Periculofo, de statu regul. in 6. quam Trident. Concilii in cap. 5. sess. 25. de regular. Tamen huic decreto censuerunt addendum esse, ut exempti tam seculares quam regulares, si deliquerint circa clausuram, aut circa personas intra septa degentes vel circa bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, ab Episcopo loci tanquam Delegato Sedis Apostolicæ puniri possint.

Postremò tribuendam esse Episcopi facultatem in electionibus Abbatissarum prædicandi unà cum Superioribus Regularibus.

Que omnia cum Sanctissimo Domino Nostrò relata fuissent, placuit Sanctitate sue, ut fieret Constitutio & compilaretur in Sacra Congregatione Concilii.

Itaque injunctum est mihi, ut super his minutam Bullam conficerem, ac per manu deferrem, que tandem singulis articulis accuratè discussis & à Sanctitate sua approbatis promulgata fuit in hac que sequitur formam.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili Dei Providentia Universalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus præfidentes, pastoralis nostre sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipue incumbere, ut à dignis & probatis tantum Sacerdotibus sanctè administrantur Ecclesiastica Sacramenta; atque ut virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum. Sanè Tridentina Sinodi decretis providè cautum est nullum præbiterum etiam regularem posse confessiones secularium etiam Sacerdotum, audire nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur esse necessarium aut aliis idoneis judicetur & approbationem que gratis detur obtineat: Necnon, ut in Monasteriis seu domibus virorum seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas que sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familiarum personarum, tam regulares quam seculares ejusmodi curam exercentes

De Privil. c. Cùm Capella.

exercentes, subint immediatè in iis que ad dictam curam Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi in cuius Diocesi sunt sita: Itemque ut Episcopi universi sub obfestatione Divini iudicii & in terminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinaria; in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit digenter restitui, & ubi violata est, conservari maxime procurent; & inobedientes, atque contradicentes per censuras Ecclesiasticas, aliisque penas, quacumque appellatione postposita, compescant: Atque ut regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopi presentare & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesiis verò que suorum Ordinum non sunt nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia, contradicente autem Episcopo, nulli etiam in suorum Ordinum Ecclesiis prædicare presument. Verum quia experientia compertum est, Ecclesiasticis regimini rationes postulare, ut decretis ejusmodi aliqui adjungatur, maturè deliberatione nostra & certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hæc generali ac perpetuo vultura Constitutione decernimus statuis & declaramus, ut deinceps tam regulares, quam seculares quomodolibet exempti sive animarum curam personarum secularium Monasteriis seu domibus regularibus aut quibusvis aliis Ecclesiis vel beneficiis sive regularibus, sive secularibus incumbentes exercent, sive alias Ecclesiasticæ Sacramenta, aut unum ex illis ministrant prævia Episcopi licentia & approbatione sive quomodocumque in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum vel aliorum ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant; in his que ejusmodi curam seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi & correctioni Diocesani Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subijciantur. Ad hæc tam regulares, quam seculares hujusmodi nullius privilegii, aut exemptionis tueri se possint quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes aut circa clausuram vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato quies & quando opus fuerit puniri & corrigi valeant. Confessores verò, sive regulares, sive seculares quomodocumque exempti tam ordinarii quam extraordinarii ad confessiones Monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur & approbationem, que gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut præsertim etiam regularibus subiectarum pertinentia, sive regulares extiterint, sive seculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci adhibitis etiam superioribus regularibus singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas reddere teneantur, ad idque juris remedii cogi & compelli queant. Licetque Episcopo ex rationabili causa Superiores regulares admonere, ut ejusmodi confessores atque administratores admodum usque superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos confessores & administratores amovendi quoties & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus, unà cum superioribus regularibus quarumcumque Abbatissarum, Prioriarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se vel per alium interesse ac præfidere; absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum imperia. Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares quam regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut que suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia: Ex in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione aut ipso contradicente, prædicare presumpserint. Ita ut Episcopi in supra scriptis casibus & singulis aut circa ea quomodocumque delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem & per censuras Ecclesiasticas aliisque penas, ut ejusdem Sedis delegati, procedere, omnemque jurisdictionem exercere liberè & licitè valeant. Decernentes sic per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Auditores, nec non sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis & eorum cullibet quavis, altere iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & definiti debere; irritum quoque & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolimitani, Congregationum; Societatum ac quavis alterius instituti etiam necessariorum & in individuis exprimentis Fagnan. in V. lib. Decretal.

Monasteriorum, Conventuum Capitulum, Ecclesiarum & aliorum quorumcumque tam secularium quam regularium locorum nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis vel Consuetudinibus, etiam immemorabilibus: exemptionibus quoque, indulgiis & privilegiis etiam in corpore juris clausis aut ex causa & titulo oneroso vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis; Conservatorum deputacionibus, eorumque atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur; & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogationibus, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, concessis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis; etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, & individuis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia expressio formæ servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formi in illa tradita observata, inferri forent, presentibus adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter & expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum, quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca deferri, ut ex tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Lateranen. & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, ejusque detractis, earum exempla in eo loco relinqui. Ac volumus ut earumdem presentium litterarum transmissis: etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo Prælati, personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & extra illud ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibetur quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostrorum Statuti declarationis, decretorum derogationis mandari & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXII. Nonis Februarii, Pontificatus Nostri. Anno secundo.

V. Dat. S. de Urfinis.

Registrata in Secretaria Brevium.

DECLARATIONES ALIQUOT Sacre Congregationis Concilii.

SUPER CONSTITUTIONE Sanctæ memoriæ Gregorii XV. de Exceptorum Privilegiis &c.

Offici ejusmodi Constitutione, dubitatur an liceat Episcopi visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, aut loca ubi in istis Ecclesiis asseveratur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi confessiones personarum secularium.

An Episcopi possint Regularibus prescribere, ut certis tantum in locis ac temporibus aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum privilegia restringere ac moderari in Sacramentis administrandis.

An facultas Episcopi per Constitutionem attributa in exemptos tam seculares quam regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diocesis.

An eadem facultas competat inferioribus Prælatibus, pro prium territorium ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

An per eandem Constitutionem in illis verbis possit Episcopus unà cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum &c. electionibus per se vel per alium interesse ac prælidere: jus Abbatissas confirmandi Episcopi attributum censetur.

An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari & approbari.

An Superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem, electi seu deputati alià indigent Episcopi approbatione pro confessionibus Sanctimonialium sibi subiectarum audiendis.

An confessiones quas audiunt Superiores regulares electi, seu deputati vel confirmati post publicationem & scientiam



dictioem universalium non videtur dubitandum quominus comprehendat etiam exempti nem referendariorum quantumvis amplam ac generalem, ut late per Gravet. conf. 194. Verba transactionis per tot. Observandum est denique non solum exemptionem Referendariorum, sed etiam eorum Familiarium & Capellanorum expressis ac nominatim sublatam fuisse in favorem Episcoporum residentium ex d. cap. 4. in fin.

15 Verumtamen hæc duo Decreta procedunt in criminalibus tantum, ut constat ex verbis d. c. 3. sess. 6. hic ad corrigendam substantiam ex officio: quæ desumpta sunt ex c. irrefragabili de offic. Ord. & hic si deliquerit ab Ordinario loci visitari, puniri & corrigi valeat, nec non ex verbis d. c. 4. sess. 14. hic de eorum excessibus, criminibus & delictis etiam extra visitationem corrigendi & castigandi facultatem habent. Itaque quod pertinet ad Decreta c. 11. sess. 24. c. 3. sess. 7. & c. 4. sess. 24. in causis civilibus salva manet Referendariorum exemptio.

16 Porro in causis tam criminalibus quam civilibus procedit Decretum c. 14. sess. 7. in princ. quod in causis exemptorum innovat & servari jubet Constitutionem c. Volentes de privil. lib. 6. verum hæc Constitutio ad personalem Referendariorum exemptionem non videtur pertinere, ut patet infra a n. 40. usque in fin.

17 Postea tamen immediate d. c. 14. sess. 7. videtur etiam exemptionem Referendariorum in causis civilibus sustulisse, dum addendo prædictæ Constitutionis c. Volentes in causis civilibus mercedem & miserabilem personarum absolute jubet exemptos conveniri coram locorum Ordinariis tanquam in hoc à Sede Apostolica delegati; & in aliis causis ita demum si certum iudicem ab ipsa Sede in partibus deputatum non habeant, privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputacionibus & eorum indubitacionibus adversus præmissa nequaquam valituri.

18 Hæc de Constitutione Pauli III. & Decretis Concilii Tridentini, à quibus exemptionem Referendariorum sublatam fuisse, vel ex eo deprehendi potest quod Sixtus V. ut mox dicitur, tributis Referentiis exemptionem tanquam novum privilegium, ut innuunt verba Constitutionis hic ut Referendarii ad suscipiendos pro dicta Sede labores exemptiones reddantur, quo exiōde spiritualibus & temporalibus gratis se cogoverunt uberius esse referros. Indubitatum est autem, ut inquit Oldrad. conf. 326. Quod articulo n. 16. quod ubi quærit in viam gratiæ conceditur, necessario subservitur ut in contrarium sit jus commune, l. 1. ff. ad music. l. 1. C. de thesaur. lib. 11. Ac præterea cum Paulus III. non solum Referendarios, sed etiam eorum beneficia & Familiares prius exemptis à jurisdictione Ordinariarum amplissimis verbis universalibus ac geminatis ut initio diximus, si prædicta exemptio salva esset, Sixtus V. concedendo exemptionem restrictam ad ipsos Referendarios duntaxat; & verbis non adeo prægnantibus utique non solum tribuisset privilegium inane & elusorium contra c. In his de privil. sed illos legiores magis quam promprios reddidisset ad labores referendos; etique non uberiores gratis concessisset, sed potius ademerit ac limitasset jam concessas contra declarationem suam intentionis quæ ex prædictis verbis colligitur juxta clem. 1. de prob. & tradita per Ancharan. conf. 205. num. 6. vers. Quærit quod dicta rez. & inducta in favorem retorquerentur in odium contra l. Quod favore, C. de leg. 1. si iudex, ff. de min. cum vulg.

19 Ergo Sixtus V. in Constitutione quæ incipit Quammodo edita 22. Septembris 1586. Referendarios prævia illorum provisione ad numerum certum iterum eximit ab Ordinariarum jurisdictione his verbis. Omnes & singulos nunc & pro tempore existentes Referendarios utriusque vel alterius signaturæ in nostris & pro tempore existentes Romani Pontificis Familiaribus, continuis Commensales gratiosè recipimus & ab omni jurisdictione Ordinariarum locorum quorumcumque exemptimus & totaliter liberamus; & nobis ac dictæ Sedi immediate subiectimus. Et quoad hanc Constitutionem cum soli Referendarii in ea eximantur ab Ordinariis locorum, nullâ factâ mentione Familiarium, absolutum est Familiares hujusmodi utcumque exemptos in Constitutione Pauli III. in causis criminalibus subesse commode jurisdictioni Episcopi ad præscriptum c. 4. sess. 14. In causis vero civilibus juxta terminos è. 14. sess. 7. nam cum hic casus Familiarium fuerit in ultima Constitutione Sixti ommissus, remanet in dispositione Concilii l. commodissimi, ff. de lib. & posthum. c. cum expedit de elect. libro 6.

20 Sed quoad Referendarios pro absoluteione quæstionis principalis, tres articuli superius examinandi. Primus est, an prædicta Sixti Constitutio derogaverit Decretis Concilii Tridentini c. 1. sess. 6. in c. 4. sess. 14. & c. 3. sess. 24. in quibus exempti subiciantur Ordinario tanquam Sedi Apostolicæ delegato. Secundus est, an Referendarii gaudeant omnimodâ exemptione à jurisdictione Ordinariarum, ex eo quod à Sixto

V. recepti fuerint in Familiares, continuis Commensales Papæ.

Tertius casus est, an eorum exemptio sit restringenda ad limites, c. Volentes de privil. lib. 6. ita ut locum non habeat ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipse agitur.

21 Quoad primum, ratio dubitandi oritur ex eo quod cum Sixtus V. eximit Referendarios à jurisdictione ordinaria, non videtur sustulisse dispositionem Concilii, quæ supponit exemptos Ordinarios non simpliciter & absolute, sed tanquam Sedi Apostolicæ delegatis: quandoquidem nunquam Papa ita eximit aliquem, quin ipse possit per se vel suos delegatos procedere. Abb. in c. Grave n. 1. & 5. de offic. Ord. alioquin exempti essent acephali contra textum in c. Nulla ratione 91. dest. & tradita per Abb. in c. Novit. de jud. cum tamen sit de necessitate salutis ut omnis creatura loci Papæ, ut in Extravag. Unam Sanctam Ecclesiam & hic glof. de major. & obed. D. Thom. relat. à Felin. in c. 1. n. 10. de Constit. Unde sublatâ jurisdictione ordinaria, non censetur sublata jurisdictione per Sedem Apostolicam delegata. Ob quam rationem in clausula Constitutionis Pauli III. initio relata, Referendarii eximuntur à jurisdictione quorumcumque Ordinariarum & judicium à Sede Apostolica delegatorum: quod non fecit Sixtus V. & hæc interpretatio videtur in dubio amplectenda, quia per tam Extravagantem Sixti V. conciliari cum Decretis Concilii, §. Hi ita 25. q. 2. c. 1. c. 1. de ra. de cognat. spiri. Joan. Mon. c. 1. n. 2. de Constit. lib. 6. expedit enim jura iuribus concordare, d. c. cum expedit de elect. rod. lib. cum simi. Et pro hac parte ponderanda etiam sunt verba d. c. 11. sess. 24. hic, vel imperpetuum concedi contingerit, quibus Concilium derogat etiam futuris exemptionibus decernens eas non obitare quominus hi quibus deinceps concedentur, subsint Ordinariis autoritate delegata. Quæ clausula videtur procedere quoad visitationem, quia de ea nulla fit mentio in Constitutione Sixti V. & sub generali concessione exemptionum non comprehenditur exemptio à visitatione. Rota dec. 2. de cens. in antiq. Achil. dec. 186. n. 2. par. 1. propter ea enim Paulus II. in sua Constitutione eximit Referendarios nominatim à correctione & visitatione Ordinariis: unde hic casus tanquam ommissus in Constitutione Sixti V. videtur remansisse in dispositione c. 3. sess. 6. Concilii Tridentini. quo exempti subiecti sunt visitationi Ordinarii loci tanquam delegati Sedi Apostolicæ.

22 Sed his non obstantibus verior videtur contraria opinio, nam privilegium exemptionis Sixti V. ita intelligi debet ut aliquid operetur, c. Abbat. de verb. sig. l. Quæritur in secunda ff. de rebus dubis. Ant. de Burr. conf. 19. n. 3. cum præferat utatur verbis prægnantibus & geminatis, nam ut inquit Butr. ubi supra, de privilegiis Papæ nihil valem debet & singula verba geminata debent aliquid importare, c. Romanorum 19. dist. 1. si quando, ff. de inoff. testam. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. at Referendarii ad Indulto Pauli III. jam exempti erant à jurisdictione tam ordinaria quam delegata; & dum postea Concilium subiecit exemptos Episcopos tanquam delegati Sedi Apostolicæ, exemptionem à jurisdictione ordinaria non vulneravit, ut per Abb. in c. Grave n. 1. & 5. de off. Ord. & dictum est supra proxime. Unde si Sixtus exemptisset Referendarios à jurisdictione ordinaria tantum, nihil omnino illis contulisset, sed solum tribuisset exemptionem eis jam concessam à Paulo III. ac minime ademptam aut vulneratam à Concilio. Ergo ut Sixti privilegium aliquid operetur dicendum est exemptis Referentiis ab Ordinariis etiam procedentibus autoritate delegata, non quidem ex special delegatione, sed ex illa quæ à Concilio generaliter annexa est jurisdictioni ordinariæ. Neque enim Constitutio Sixti & Concilium possunt hoc casu ad concordiam reduci, quia privilegium potius debet interpretari, ut in suo casu correat jus præcedens, quam ut sit inane & frustratorium, ut est casus in c. In his infra eadem, ubi id notat Anton. de Burr. Abb. ac ceteri omnes & in c. Abbat. vers. Quæ cum privilegium, infra de verb. sign. cum præsertim intento Sixti fuerit Referentiis uberiores gratiam facere, ut ad suscipiendos pro Apostolica Sede labores promptiores reddantur, ut superius ponderavimus.

23 Unde cum Constitutio & Concilium nequeant conciliari, standum est Constitutioni tanquam posteriori, c. 1. de constit. lib. 6. c. Vasa de consec. dist. 1. c. 1. supra de cognat. spiri. glof. Hug. Archid. & Præpos. in c. Domino Sancto 50. dist. Bald. conf. 223. primo statuto in princ. lib. 1. nec refert quod Concilio Tridentino non derogavit, nam cum in eo autoritas Sedi Apostolicæ non solum tacite ut in omnibus circumstanciis Concilii, sed etiam expresse ac nominatim præservata fuerit, ut legitur in c. ult. sess. 25. de reform. Quæquid sit in aliis Conciliis Generalibus & c. ex parte de Ceph. Monach. c. Eam te, de atat. & qual. & c. Nannuli de rescript. certe Tridentino non est opus specialiter derogare, sed satis est ut Summus Pontifex statuat contrarium ejus quod Concilium disponit, ut aliis resolvit sacra Congregatio &

praxis quotidiana observat. Neque enim in indultis, privilegiis, provisionibus ac dispensacionibus quæ aliquando ex legitimis causis à Sede Apostolica conceduntur Tridentinæ Synodo consuevit expresse derogare. Quod etiam adnotavit Anastas. Germon. de indult. Carcin. in §. per qua jubentur, num. 74. pag. 52.

24 Nec propterea dici possunt acephali, quia remanent immediate subiecti Sedi Apostolicæ ad præscriptum ejusdem Constitutionis & judicibus ab ea specialiter delegatis, cum Papa sit ordinarius Judex exemptorum, glof. in c. 4. in verbo Sedi Apostolicæ, de privil. lib. 6. Roman. conf. 369. circa primum n. 19. & seq.

25 Neque obstat quod d. cap. 11. sess. 24. videatur tollere etiam futuras exemptiones in his verbis vel imperpetuum concedi contingerit.

26 Primum enim responderetur Decretum illud ad Referendarios non pertinere, ut superius probatum est à num. 2. usque ad num. 12.

27 Deinde responderetur Concilium hic in principio non egisse de privilegiis & exemptionibus quæ conceduntur specialiter & expresse, sed de his quæ veniunt concomitanter & accessorie ad titulos honorarios Protonotariorum vel alios hujusmodi, ut innuunt verba illa quæ variis titulis à Sede Apostolica conceduntur. Et de his statuit ut five jam concessi fuerint, five imperpetuum concedantur: nihil ex his detractum esse intelligitur jurisdictioni Ordinarii. Sed non impedit Concilium quin Romanus Pontifex possit concedere novas exemptiones, ut fecit Sixtus V. nec impedire potuisset, ut constat ex c. significasti & c. Innotuit de elect. vers. Quomodo autem Canon Lateranensis Concilii quod modo magis procedit hoc casu, stante perseverante autoritate Papæ, de qua in d. c. ult. sess. 25. de res. unde Referendarii etiam post Concilium creati, non gaudent quidem exemptione illâ quæ huic titulo ante Concilium ex Indulto Pauli III. annexa erat, cum eadem exemptio fuerit à Concilio sublata, quantum in eo Decreto comprehenditur Referendarii, sed tamen salva manet exemptio quam postea hic Sixtus V. specialiter impetruit eis.

28 Tertio responderetur hæc verba Concilii vel imperpetuum concedi contingerit, ad summum nihil aliquid importare, quam clausulam derogatoriam ad contrarias futuras litteras Apostolicas; ac Sixtus V. cum exemptionis privilegium Referendariorum concessit motu proprio & ex certa scientia & cum amplissimis derogationibus ad contrarias Constitutiones etiam habentes clausulam derogatoriam derogatorias, quarum tenores pro expressis haberi voluit: utraque per clausulas hujusmodi sustulit Constitutiones contrarias etiam habentes clausulam derogatoriam & annullativam eorum que in contrarium fuerint. Anton. de Burr. in c. de rescript. Bart. in l. si quis in princ. testam. de leg. 3. Feder. de Sen. conf. 47. habita super casu, n. 2. Alex. conf. 111. Perspectis lib. 6. ubi consuluit pro quatuor Cardinalibus creatis à Paulo II. per litteras in forma Brevis exhibitas post obitum illius; & latissime respondit eas litteras valere & per prædictas clausulas fuisse sufficienter derogatam Extravaganti Eugenii IV. incipiens. In eminenti, habenti clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones.

29 Item non obstat quod exemptio à jurisdictione non includat exemptionem à visitatione, nam responderetur id non procedere si exemptio concepta sit verbis universalibus quantumvis in hoc consistat, ut includat etiam ea quæ aliis in simpliciter, ac generali dispositione non includerentur, glof. in cap. Pastoralis, de donat. in verb. Temporaliter, Salicet. in l. 2. Cod. de noval. Dec. in c. Sedes collat. penul. in fin. de rescript. Aym. conf. 204. Verba transactionis, n. 1. & seqq. quod multo clarius procedit hoc casu in quo Sixtus V. eximit Referendarios per verba non solum universalia, sed etiam geminata, hic, ab omni jurisdictione quorumcumque Ordinariarum exemptimus & totaliter liberamus. Ex his quæ prænotantur per Decan. consil. 11. Sententiam clarissimi 11. & seq. vol. 3. Unde in simili quamvis in verbis universalibus non veniant regalia & jura Principi reservata; tamen factus est si verba hujusmodi universalia sint geminata, Decan. consil. 197. col. 2. post medium vers. Præterea, Jac. conf. 161. in princ. lib. 2. Similiter quantumvis Papa det facultatem Legato conferendi beneficia qualitercumque vacantis non veniant beneficia reservata, Rota decisi. 119. Legatus vel Nuntius, in novis & decisi. 35. Nota, Legatus in antiq. aliud tamen est, si eadem facultas concessa fuerit per verba universalia, præservata & geminata, ut declarat Aym. consil. 209. Illustrissimus Princeps, n. 11. vers. Ad istud respondeo. Quod si diceremus hoc casu Referendarios non esse exemptos à visitatione, non verificaretur verba illa, ab omni jurisdictione, & cum visitatione sit de lege jurisdictionis, cap. Conquerente & c. Dilatus, ubi glof. in verb. De lege jurisdictionis, de Officiis Ordinandorum.

30 Accedit quod dum Referendarii in Bulla Sixti V. fuerint

immediate subiecti Sedi Apostolicæ; per hoc fuerunt etiam exempti ab Ordinaria visitatione, Calderic, consulti. 356. alius 14. de cens.

31 Quoad secundum articulum solutio pendet ab inspectione an Referendarii sint verè & proprie familiares Papæ, an verò simpliciter ex privilegio, absolute ut enim veros familiares frui omnimoda exemptione à jurisdictione Episcoporum, ut inferius patebit: alioquin essent deterioris conditionis, quam familiares Cardinalium: quorum exemptionem idemmet Concilium Tridentinum præservat in c. 11. sess. 24. vers. Quæ verò, præterquam ratione beneficiorum quæ obtinent.

32 Et quidem Referendarii videntur primò suffragari verba Constitutionis Pauli III. initio relata quæ videntur veram familiaritatem importare, hic, Referendarii nostri qui præ cæteris Officialibus & Ministris propinquius nobis assistunt. Quibus itidem non videntur deesse requisita Commensalibus, cum panem ex palatio habeant; & servitii, cum assidue habeant circa supplicationes & commissiones, ut in eadem Constitutione subdicitur, hic, circa res supplicationes & commissiones pro nostro & Apostolica Sedi honore ac universalis ecclesie utilitate indejserit labores. Et in prædicta Constitutione Sixti V. hic, Ad suscipiendos pro dicta Sede labores. Manifestum est autem eam commensalitate & servitio constitui veram & non factam familiaritatem cap. Cum nobis de verb. signif. lib. 6. Oldrad. conf. 198. Dominus, num. 2. Verall. decisi. 54. lib. 1.

33 Sed in contrarium faciunt quæ tradit Gomef. in reg. de impetr. benef. par. obis. fam. Card. nu. 2. ubi ait Cardinales quantumvis habeant panem ex palatio album & serviant Papæ, tamen non esse Papæ familiares; quia dicitur servitium & panis causa honoris, non causa familiaritatis quæ requirit servitium & alimenta. Idemque de Rote Auditoribus ex facto respondit Paul. de Castro, conf. 340. præmissis allegacionibus, per totum lib. 1. Ad hoc etiam, ut quis dicatur verè & non ficti familiaris: oportet ut insistant circa personam & vivat expensis illius. Et de hoc dico debere copulative concurrere, docent in d. cap. Cum nobis. Archid. Joan. Andr. Gemin. Franc. & alii omnes, & ita de stilo Curie observari testatur Gomef. loc. citat. post Vitalin. in Clem. fin. num. 34. & seq. de celebr. Missar. & Egid. Bellam. conf. 20. nu. 1. & 4. Atque ut vivant expensis ejus, cujus sunt familiares existit etiam Concilium Tridentinum in cap. 5. sess. 14. hic verò qui non insistant circa servitium personalia, & non habent expensas, dicuntur ficti familiares & non gaudent prærogativis familiarium, Paul. de Castro d. conf. 340. n. 2. vers. Cæterum lib. 1. & alii superius relati. Et propterea Sixtus V. non declarat Referendarios esse, tam familiares & perpetuos Commensales, sed simpliciter eos recipit in tales, adjecto adverbio illo, gratios, innuens eos non verè, sed ex gratia & privilegio familiares existere: nam si haberent requisita commensalitates & servitii, non fuisset opus illos recipere in familiares ex gratia, sed potius procedendum fuisset per vim declarationis.

34 Nec refragat quod Paulus III. in Constitutione, quæ incipit: Ad perpetuam rei memoriam, Sanctissimus in Christo Pater, Publicata 22. Decembris 1534. quæ est prima in Bullario, declaraverit Referendarios licet in Palatio non habitent, nec in Tinello comedant, imperpetuum veros & indubitatos Papæ & non per privilegium, nec fictè familiares continuis commensales censeri, & reputari & esse. Nam responderetur in eam Constitutionem habere locum duntaxat ad effectum regularum Cancellariis & reservationem Apostolicarum, ut colligitur tum ex verb. Ita ut regulis tam editis, & c. tum ponderando adverbium illud, imperpetuum, quod aperte ostendit hujusmodi Constitutionem non esse proprie juris veteris declaratoriam, nam si esset talis implicaret contradiccionem & repugnantiam quamdam, ut non traheretur ad præterita, ut inquit Dec. in cap. finul. n. 44. de Constitut. Tum denique, quia si ex Constitutione Pauli III. Referendarii quoad omnia fuissent verè & indubitati Papæ familiares; ineptum fuisset, ut Sixtus V. eos recepisset postea in familiares ex gratia, eoque exemptisset ab Ordinariarum jurisdictione, ut superius ponderatum. Dicendum est ergo quoad alios effectus Referendariorum non obtinere prædicta declaratoria non esse veros familiares; sed ex privilegio tantum, deficientibus sollicitè requisitis, nec gaudere prærogativis familiarium, l. Alimenta, §. Li. bertis, ff. de aliment. & cib. leg. Super, §. fin. ff. de jur. immuni. l. Qui sub prætextu, Cod. de sacrosanct. Ecclesi. & dist. cap. fin. in verb. Ficti de verb. signif. ita Paul. de Castro d. conf. 340. n. 7. vers. Cæterum, lib. 1. Ratio est secundum eum, quia hujus vocabuli, familiaris, significatio certa est in jure; familiaris enim proprie & verè dicitur quævis Superior super se & sui cultus causa tenet, & continuis commensalis lux domus existit l. Cum quæretur, ff. de leg. 3. Adles, §. Familia, ff. de util. edict.



*Et dicitur cap. fin. Sola autem professio statum personam non immutat, l. Neque professio, Codic. de testam. l. Non natus & l. Non episcopus, de probat. l. Casus, ff. de iurpur. Et Princeps quamvis possit contra veritatem fingere ut patet in fictione postliminii & legis Cornelie, tamen veritatem mutare non potest, l. 1. Cod. si se ab herede abstin. l. In bello, ff. de cap. & postlimin. revers. Allampio enim in hanc familiaritatem que non est, minime potest veritatem immutare, l. Allampio, ff. ad mancip. Unde in simili cum Julius III. concessisset Francisco de los Cobos Juspatronatus & presentandi cum clausula, ut hujusmodi Patronatus ejusdem proutis nature, roboris & efficacis esset, ac cujusvis patronatus laicorum, etiam Nobilium, Regum, Ducum, Mercurionum, Baronum & aliorum Principum; & perinde ac si ex nobilium dotatione & fundatione existeret illicque aliter per Romanum Pontificem & Sedem Apostolicam derogari non posset; & questum esset ad S. Congregationem, an tale Juspatronatus esset abrogatum a Concilio, necne? S. Congregatio censuit esse abrogatum, cum sit Juspatronatus ad ius & sic non Regum, nec ex fundatione.*

Inque Referendarii in vim predictæ Extravag. Pauli III. aut non possunt exemptionem à jurisdictione Ordinarii; cum sint facti familiares quoad huiusmodi exemptionem postea sublatam à Concilio Tridentino & eo magis, quia in eadem Extravag. declarantur familiares promissæ non solum Referendarii, sed etiam Protonarii, Acolithi, &c. quorum tamen exemptionem indubitata est fuisse abrogatam ex c. 11. sess. 24. Unde Referendariorum exemptio ex hoc capite familiaritatis videtur satis turbida, præsertim ratione beneficiorum que obtinent, nam decretum dicit. cap. vi. sess. 24. postquam subiecit exemptos Episcoporum jurisdictioni adiecit in fine clausulam infra scriptam. *Quæ verò privilegia residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitutionis aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in iis qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione predictorum beneficiorum minime intelligantur, sed Ordinariarum jurisdictioni subiecti permanent.* Concordat text. in cap. 1. vers. Nisi forsitan, de privil. lib. 6.

Quoad tertium & ultimum articulum, cum privilegia & referenda in dubio ad intellectum juris communis sint referenda, cap. Cum ad id, & cap. Cuius que, de rescriptis. Anchar. conf. 153. Pro fratribus, n. 3. non levis est difficultas, an exemptio Referendarij concessa à Sixto V. sit restringenda terminis Decretalis Innocentii IV. in generali Concilio Lugdunensi edita que habetur in cap. Volentes de privileg. lib. 9. ubi declaratur exemptionis privilegium non suffragari ratione delicti, seu contractus aut rei de qua agitur. An potius constitutio Sixti adversatur predictæ Decretali. Volentes, adeo ut tanquam posterior illam censeatur suffulisse per derogationem, quam ponit in fine ad contrarias Constitutiones etiam editas in generalibus Conciliis juxta in cap. Eam te, de etate & qualitate, & in cap. Cum nonnulli, eam materia de rescriptis.

Pro casu dubitationis clariori explicatione repetendum est memoria quod alias perpendit Sacra Congregatio in exemptione Regularium, nempe exemptorum omnia duas species existisse.

Prima species erat illorum qui generaliter & indefinite exempti erant ab Ordinarij jurisdictione, id est nulla facta expresse delicti, seu contractus, aut rei litigiose. Et quoad hanc exemptorum speciem variè se torquebant DD. super illius intelligentia atque interpretatione, ut notatur in cap. Tuorum, supra eod. & in cap. Placuit, 6. qu. 3. Quidam enim existimabant exemptionem tanquam generalem esse generaliter intelligendam, ita ut locum sibi vendicaret ubicumque committeretur delictum, cap. Frater tuus, 16. qu. 6. & cap. Sicut nobis, de suppl. neglig. Præterea & ubicumque iniretur contractus, aut res ipsa consisteret ad exemplum Proconsulis majoris, qui indistinctè non intravit se de causis fiscalibus, l. Nec quidquam, §. 2. de offic. Praecon. Alii verò contra censebant eam esse restringendam, ut non haberet locum ubi sic exempti delinquerent, seu contraherent aut res sita esset in loco non exempto. Ad hanc verò alterationem dirimendam emanavit prædictum, cap. Volentes, de privil. lib. 6. quo declaratum fuit exemptionem utcumque generalem in tribus casibus predictis non suffragari, ut hic explicat Archid. & Joan. Andr. in prin.

Secunda species erat illorum qui exempti erant simpliciter, & indefinite, sed cum specifica expresse dictionum trium casuum delicti, seu contractus aut rei. Et quoad hanc secundam speciem predicta Decretalis nihil novi statuit.

Quoad probatur primò, quia edita fuit solum ad declarationem controversie que erat super interpretatione exemptionis primæ speciei, ut patet ex illis verbis, *declaratione suffragari definimus*, que indicant Pontificem voluisse

novum jus inducere, sed tantum quod prius latebat manifestare, ut illic pluribus comprobatur Philipp. Prob. in addit. ad Jo. Mon. post Gemin. conf. 22. col. 1. vers. Contrarium: hæc enim est natura declarationis, ut est casus in l. Heredes palam, §. Quod verò, & §. Sed etsi notum ubi id notat Bart. Paul. de Castro, & DD. ff. de testam. Anchar. conf. 65. n. 2. Fulgos. conf. 147. in fin. vers. Ad secundum, Bellam. decij. 74. col. 2. vers. Ideo talis dicitur propria declaratio. At circa exemptos hujus secundæ speciei nulla suberat controversia; non enim de his dubitari poterat quin essent exempti ratione delicti, contractus ac rei sitæ, qua hi tres casus erant nominatim expressi in eorum privilegio, cujus tenor cum esset clarus, omnino erit observandus, cap. Porrò, cap. Cum plantare, supra eodem, & infra, cap. Petitis cum concord. Ergo d. cap. Volentes, hæc speciem exemptionis non comprehendit. Alioquin, si suffulisset exemptiones etiam in tribus casibus predictis, utique non declarasset privilegia exemptorum, sed illa potius abrogasset aut restrinxisset ac novum jus induxisset; hoc autem repugnat Constitutioni juris veteris declarationis ut superius dictum est & in terminis, dicit. cap. Volentes, tradunt Gemin. & Prob. loco citato.

Præterea Innocentius IV. initio illius Decretalis declarat se velle ut libertas, quam nonnulli Apostolica Sedes privilegio exemptionis indulgit, sic integra observetur, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedant quibus verbis undè mens Pontificis & causa finalis privilegii satis constat tantum abesse ut voluerit Apostolica ecclesia infringere, ut potius expresse declaravit se intendere, ut illa omnino salva, atque illibata permaneret.

Quibus sic præhibitis dubitari potest, an exemptio Referendarij, de qua in predicta Constitutione Sixti V. sit referenda ad primam vel ad secundam speciem exemptionis de qua supra: & sic an sit preservata necne ab eadem Decretali. Innocentii IV. & à Concilio Tridentino illam innovante in cap. 14. sess. 7.

Et quidem ex una parte exemptio videtur esse secundæ speciei & sic preservata, ut supra, quia etiam in privilegiorum non exprimitur casus delicti, contractus, ac rei, &c. tamen satis videtur expressi esse verbis clausula superius relatæ, que cum sint universalia & geminata ponderando dictiones, omni, quorumcumque, & totaliter, nihil relinquunt intactum Bald. conf. 305. Verba Principis, in prin. num. 1. vers. Quoad verba, lib. 1. & comprehendunt omnia que evocari possunt Decian. d. conf. 15. num. 11. vol. 3. Cravett. conf. 194. num. 1. & seq. ita ut vim habeant etiam specialis expressionis, Bart. in l. 1. in fin. ff. Si quis in jus vocat. latu. Cravett. ubi supra, numero secundo.

At in contrarium fiat littera textus in dicto cap. Volentes, ubi Pontifex loquitur de totaliter exemptis, hic, *quorumcumque gaudeant libertate*, per hanc enim & similes dictiones lex dicitur effranctæ loqui secundum Archid. & in c. Si ubi absent, col. 2. in ver. Quicumque, de præbend. lib. 6. & tamen declarat eos hujusmodi libertate & exemptione non gaudere in tribus casibus hic exceptis. Atque ita illum textum ad hoc ponderat Regul. conf. 72. col. 2. v. 1. Contrarium, ubi ait illum esse declaratorium privilegiorum concedentium exemptionem quantumcumque latam. Et infra (Ex his, inquit, inferatur una conclusio, quod illi tres casus, de quibus loquitur cap. Volentes, non erant inclusi in verbis privilegiorum exemptorum quantumcumque fuerit plena exemptio.) Cui quidem consilio subscripserunt, ferè omnes Doctores Bononienses, ut idem Gemin. testatur in eod. cap. Volentes §. §. fin. Ex verò si exemptionem tenores implicantur, apparet nullam fuisse concessam fuisse, nisi cum verbis, *ab omni, quorumcumque jurisdictione, aut plene seu totaliter, penitus, & his similibus.* Quare si Constitutio d. cap. Volentes, ejusmodi exemptiones non comprehendit, redderetur ferè intus & frustratoria. Ex quibus videtur sequi, ut Referendariorum exemptio recipiat declarationem ac limitationem, de qua in eadem Decretali, ita ut locum non habeat ratione delicti perpetrati, contractus iniiti, aut rei existentis in loco non exempto.

Et tenendo hanc opinionem non obstat quod cum Referendarii nullum habeant locum exemptum, si exemptione frui non debeant, cum delinquant, seu contrahant, aut res litigiosa consistit extra locum exemptum, undè fiet ut nullo casu exemptionis privilegio gaudeant, contra text. in eodem cap. Volentes, vers. Numquid ergo careat omnino in his commodò libertatis.

Nam responderi potest eos, qui habent privilegium exemptionis indefinitum, non solum gaudere exemptione, cum delinquant contrahant aut res sita in loco exempto, verificari non potest in Referendariis; sed etiam cum delinquant, contrahant, aut res consistit extra locum ubi domicilium habent, quamvis idem locum exemptum non sit, neque

44

45

46

De Privil. c. Ex parte.

neque enim propterea conveniri possent in loco domicilii, sicuti conveniri possent, si exempti non essent, Authont. Si qua in provin. Cod. Ubi de crim. agi oport. Jo. Mon. in dict. cap. Volentes, n. 4. ubi reddit rationem de privil. lib. 5. Ita dicitur verbis statuitur in d. §. Numquid ergo, hic, quia nec ubi domicilium habent, si alibi delinquant, vel contrahant aut res ipsa consistat, conveniri possunt delinquentes super istis. Atque ita quamvis Referendarii nullum habeant locum exemptum; non tamen eorum exemptio redditur omnino inutilis, ex eo quod restringatur ad tres casus ut supra exceptos, quia poterit verificari in predicto casu domicilii.

Idem non obstat, quod Sixtus V. receperit Referendarios sub protectione Sedis Apostolicæ, atque illos immediate subiecit: nam receptio sola sub protectione Sedis Apostolicæ exemptionem non importat: ut hic & in cap. Si Papa, eodem tit. lib. 6. & dictum est supra in primo nos. Subiectio autem Sedis Apostolicæ nihil videtur operari in casu, de quo agitur, quia cum nemo possit esse acephalus, eo ipso quod ab Ordinario eximitur, remanet Pape subiectus, cap. Nulla ratione, 93. distinet. Et propterea passim dicunt DD. Pape esse Ordinarium exemptorum, gl. in cap. Autoritate, in ver. Sedis Apostolicæ, de privil. lib. 6. & dictum est supra num. 17. unde quemadmodum generatè exempti non gaudent exemptione in tribus casibus exceptis in d. cap. Volentes, ita nec immediate subiecti Sedis Apostolicæ, quia hæc subiectio cum sit expressio ejus, quod tacite inest exemptioni, nihil præter exemptionem operatur, ad lib. 3. & ibi Bart. ff. de leg. 1.

Ceterum etiam hæc ita habent; tamen ex alio capite cogitabam evitare posse hoc casu dispositionem d. cap. Volentes, de privil. lib. 6. nempe quia loquitur tantummodo de exemptionibus mixtis, id est concessis loco & personis simul quibus sunt exemptiones Regularium, de quibus in §. In casu autem & Canonicoorum, contra quos de jure procedit Episcopus cum delinquant in loco non exempto, ut per Calder. conf. 127. alius 19. de jud. circa med. vers. Nisi quando delictum & etiam existant in loco exempto, it tamen in loco non exempto delictum committant, seu expulcent, puta proiciendo lapides, vel aliter turbando Ordinarium cum campanis existentibus in loco exempto, cap. Patentibus, supra eod. Gemin. conf. 72. n. 6. vers. Nec obstat, usque in fin. loquitur, inquam, predicta Decretalis tantummodo de exemptionibus mixtis: nam cum declarat exemptos quantumcumque gaudent libertate, nihilominus posse eorum locorum Ordinariis conveniri, si delinquant, seu contrahant, aut res, de qua contra iplos agitur consistat in loco non exempto: necessario supponit adesse aliquem locum exemptum in quo predicti tres casus aliquando possint contingere. Ideoque in §. Numquid ergo, respondet tacite objectioni, quod per hujusmodi restrictionem exemptio reddatur inutilis, solum propterea fore ut exempti careant commodo libertatis, quia gaudent exemptione, si delinquant, seu contrahant, aut res sita sit in loco exempto: quod cum minime conveniat exemptioni Referendarij, que merè personalis est, necessarium, ut illi nec conveniat dispositio illius Decretalis, ad l. 4. §. Totius, ff. de dam. infect. & ita in individuo in Capellanis & familiaribus Pape tenet Abb. in cap. Tuorum, num. 8. vers. Quoadque conceditur exemptio, supra eodem.

Nec refert, quod personaliter exempti frui possint commodo libertatis quoad hoc ut conveniri non possint in loco domicilii, si alibi delinquant, aut res ipsa consistat: siquidem textus vult salvam esse exemptionem libertatem non solum quoad hoc ut conveniri non possint in loco domicilii, neque illuc remitti, sed etiam quoad hoc, ut nullibi conveniri possint, cum in loco exempto delinquant, seu contrahant, aut res litigiosa consistit. Et hic secundus casus, qui frequentior est & magis favet exemptioni, nullatenus verificari potest in exemptis quoad eorum libertatem, si periret ad sensum, quotiescumque autem lex requirit concurrere duorum, altero deficiente non habet locum legis dispositio. l. Si heredi ff. de cond. instit. Joan. de Anan. conf. 31. Ultra alio num. 7. vers. Circa quartum, Jalon. in l. 1. n. 2. ff. de iust. & jur. Felin. in cap. Ex parte, num. 21. de rescriptis.

Et revera exemptio Referendarij esset planè ridicula, si ubi vel delinquerent, seu contraherent, aut res litigiosa consisteret, indistinctè subessent Jurisdictioni Ordinarij loci & solum conveniri non possent coram Ordinarij domicilii si alibi delinquerent, contraherent, aut res sita esset; qui casus est admodum rarus, cum Ordinarij domicilii non solent regulariter procedere contra eorum subditos pro delictis patris aut eis, aut contractibus iniiti in aliena Diocesi, nec Ordinarij loci, delicti, vel contractus facillè delinquentes vel contrahentes remittent ad Ordinarium domicilii præsertim, si in causa prævenient: undè de hoc casu tanquam minus contingibili non censetur Pontifex diffinire in V. Lib. Decretal.

Præterea text. in d. cap. Volentes, ut dictum est supra emanavit ad dirimendam alterationem, que erat inter Canonitas de templariis & Hospitalariis delinquentibus extra locum exemptum, ut legitur & notatur in cap. Tuorum, in glof. in ver. Privilegii beneficio supra eod. unde censetur dispositio de exemptionibus mixtis duntaxat, non autem de merè personalibus, de quibus nulla erat controversia.

Et in hunc sensum esse accipiendam predictam Decretalem ut non comprehendat exemptiones merè personales colligitur etiam ex Tridentina Synodo ponderando duo sæpius citata Decreta nempe, cap. 14. sess. 7. & cap. 4. sess. 14. Nam in primò innovatur & jubetur servari in causis exemptorum Constitutio d. cap. Volentes, quæ preservantur exceptiones & solum declarantur non habere locum in tribus casibus ibi exceptis: in secundo autem funditus tolluntur exemptiones personales & sic impicit contradictionem ut exemptiones personales fuerint preservatæ & restitutæ, ad tres casus juxta dicit. cap. 14. atque ut plenè in omnibus sublatæ fuerint juxta d. cap. 14. ne igitur Concilium videatur paulò post se corresse, dicendum est: primum Decretum ad exemptiones personales non pertinere.

Porrò si Referendarii obtinerent beneficia Ecclesiastica, privilegium exemptionis nihil illis prodesset, quominus ratione dictionum beneficiorum essent subiecti Ordinariis tam ex d. cap. 11. in fin. sess. 24. quam ex d. cap. Volentes, §. In eos, vers. Nisi forsitan de privil. lib. 6. ibi; [ Non solum habentes privilegium exemptionis generale & indefinitum & sic primæ speciei, sed etiam qui specialiter exempti sunt ratione delicti, contractus, ac rei de qua agitur & sic exempti secundæ speciei, si obtineant beneficia Ordinariis subiecti eorumdem beneficiorum ratione ordinarij Jurisdictioni declarantur esse subiecti. ] Conferat, quod not. Abb. in d. cap. Tantum, num. 8. vers. Possit tamen dubitari & post eum. Dec. ibi num. 53. supra eod. ubi dicitur personaliter exemptos, puta Capellanos Pape; si acquirant Ecclesiam in loco domicilii & faciant ibi residentiam, ratione illius residentie possit ibi conveniri, argum. d. cap. 1. §. In eos de privil. lib. 6. Conferat etiam quod not. in l. Interdum, §. fin. ff. de iustic. ubi ait Religiosum exemptum si accipiat executionem ultimæ voluntatis, pro hujusmodi executione conveniri posse coram Ordinario, non obstante ejus privilegio exemptionis & sequitur Dec. ubi supra.

Quin imò Sacra Congregatio Concilii aliàs declaravit Episcopum posse cogere Regulares utcumque exemptos, qui Confraternitatum, vel Hospitalium administrationem suscipiunt, ad reddendas rationes administrationis & in eos, quos culpabiles repererit, ad iuris prescriptum animadvertere, juxta cap. 8. & 9. sess. 22.

Sunt & alii casus particulares, in quibus exempti non gaudent privilegio exemptionis, quorum generaliter fit mentio in d. cap. Volentes, ibi: [ Salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni, subesse canonica præcipiunt instituta; ] & quamplures concessimus in cap. Grave à num. 9. supra de offic. Ordin. in quæst. An & quibus casibus Ecclesie & personæ exemptæ, vel nullius Diocesis tam secularis, quam regulares subint visitationi & Jurisdictioni Episcopi, qui tamen ad præsentem questionem, que generaliter proponitur, non videntur pertinere.

Ex quibus omnibus videtur concludendam Referendarios quidem ex privilegio Sixti V. gaudere omnimoda exemptione à Jurisdictione Ordinarij tam in visitatione, quam extra eam. Item in causis tam civilibus, quam criminalibus & ubi delinquant seu contrahant, aut res litigiosa consistat: eorum verò familiares, Capellanos & servitores subesse visitationi & correctioni Ordinarij tanquam Sedis Apostolicæ Delegati & exemptioni à visitatione & correctione Ordinarij eis concessa in constitutione Pauli Tertii & deinde sublata à Concilio in cap. 4. sess. 9. & cap. 4. sess. 14. minime revixit per Constitutionem Sixti Quinti, que de ipsis nullam fecit mentionem: extra visitationem verò in causis quidem civilibus familiaribus, Capellanis & servitores hujusmodi, itidem conveniri posse coram locorum Ordinariis tanquam Delegatis Sedis Apostolicæ juxta terminos cap. 14. sess. 7. sed in causis criminalibus subesse Jurisdictioni Ordinarij auctoritate delegata, dummodo Ordinarij ipsi in suis Ecclesiis residerent; quia exemptio Pauli III. quoad hoc similiter adempta eis fuit à Concilio in dict. cap. 4. sess. 13. & à Constitutione Pii Quarti in favorem Episcoporum residentium. Sin autem Episcopi à suis Ecclesiis abfuerint; tunc familiares & alios, ut supra, in predictis causis criminalibus extra visitationem





DE PRIVILEGIIS.

Idem Innocentius III.

CAPUT XXI.

Quoniam per confessionem constat partis adversæ, quod Nepesinus Episcopus jus Episcopale percipit in Ecclesia sancti Blasii de Flagen. credimus, quod non obstante illo capitulo privilegii, quod Monasterio est indultum, ut nullus Episcopus Ecclesias utroque jure illi subiectas interdicto supponere, vel monachum seu clericum ejusdem Monasterii sinodare vel excommunicare præsumat, præfatus Episcopus possit interdiciere dictam Ecclesiam & excommunicare Monachum, seu clericum vestrum ad ejus regimen deputatum, cum alterutrum de jure fuerit faciendum: quoniam illud capitulum intelligendum esse videtur de Monachis aut clericis in ipso Monasterio permanentibus, vel ad Ecclesias destinatis, utroque jure sibi subiectas.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegium Monasterio concessum, quod ejus Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in Monasterio, vel capellis sibi utroque jure subiectis.
2 Privilegium exemptionis concessum personis respectu certi loci non sequitur illas extra locum & n. seqq.
3 Immunitas à tutela suffragatur Clericis & Monachis quando apud Ecclesias vel Monasteria permanent.
4 Regulares, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, si in conventibus non habitent, ab Ordinariis puniuntur.
5 Regularis Lector publica Universitate, si delinquit contra

instituta sui Ordinis, an sit puniendus à Rectore ipsius Universitatis, an verò à suis Superioribus Regularibus & n. seqq. usque in fin.
6 Rectoris Universitatis jurisdictionio in Lectores, & studentes non complectitur alias causas, quam eas que oriuntur occasione studiorum ac professionis. Intellectus l. fin. C. de jurisdic. omnia. jud. ibid.
7 Juramentum habet vim roborativam, non extensivam.
8 Et in eo semper intelligitur excepta Superioris autoritate.
9 Scholares Clerici non subiant Rectori Universitatis nisi quoad ea, que professionem respiciunt.

casur, in quibus Regulares exempti non gaudent privilegio exemptionis, à n. 37. usque ad n. 80.
Ex facto questum est. Postà Bulla Martini V. quæ Lectores publici Universitatis Viennæ Austriæ, cujuscumque ordinis, gradus, & conditionis subjiuntur Rectori ejusdem Universitatis, ita ut ab ipso carceribus mancipari, excommunicari, & ab excommunicatione absolvi possint.
Item posito juramento fidelitatis, & reverentis, quod idem Lectores Rectori prædicto, dum admittuntur, præstare soliti sunt: ac decreto Concilii Tridentini sess. 25. cap. 4. de Regul.
An Regularis, qui de licentia suorum Superiorum publice proficitur in dicta Universitate, si delinquit adversus instituta sui Ordinis, ac decreta Superiorum Regularium, puniendus sit ab eisdem Superioribus, vel potius à Rectore Universitatis, adeò ut possit Rector ipsam Regularem in carcerem detrudere, excommunicare & ab excommunicatione suorum Superiorum, quatenus ab eis excommunicatur, absolvere, atque Superiores eum punire, tentantes, uti iudex competens impedire & coercere.
Videtur respondendum hujusmodi Regularem adversus instituta sui Ordinis, ac Superiorum decreta delinquentem esse à suis Superioribus puniendum, non autem à Rectore Universitatis. Quia jurisdictionio Rectoris in eos qui legendi vel studendi causa in universitate commorantur, non complectitur alias causas, quam eas, que oriuntur occasione studiorum, ac professionis, ut deducitur ex l. fin. C. de jurisd. omnia. jud. ubi gloss. in verb. Publicis, notat dispositionem illius textus, quæ professionem vel negotiationem exercentes subjiuntur Rectori, ad quem illarum professionum, seu negotiationum cura pertinet, procedere in his, que professionem vel negotiationem ipsam respiciunt, aut illius occasione oriuntur: eamque hic sequuntur Cyn. in 2. q. Bart. n. 5. Bald. n. 4. Paul. de Castr. n. 1. & Innoc. in c. Cum ad Ecclesiarum, de off. ord. ubi & alii. Quam l. fin.

De Privil. c. Quoniam.

procedere etiam in Universitate Doctorem vel Scholarium. notat ibidem Bart. in fin. dicens ita usu receptum esse & Paul. de Castr. n. 7. unde cum in dubio proposito agatur de crimine commissio contra statuta Ordinis; ac Superioris Regularium decreta, & sic de his, que ad Lectoris professionem non pertinent; speret constare Regularem esse à suis Superioribus, non ab Universitatis Rectore puniendum.
Et cum Bulla Martini V. simpliciter subjiat Lectores Rectoris Universitatis, intelligenda est juxta dispositionem juris communis, cui Pontifex præsumitur se voluisse conformare, argum. l. 2. C. de noxal. & in Authen. de non alienand. §. final. circa finem collat. 2. l. Filius familias, §. 1. ff. de legat. 1. c. Ecclesia vestra, in secundo, vers. Neque enim credendum est Summum Pontificem, & c. de elect. & jus alterius noluisse ledere, c. Licet, de off. Ordin.
c. Cum dicat Apostolus, de Eccles. adific. & c. Pastoralis, cum concord. de quibus hic per gloss. in verb. Continetur excessum, supra eod.
Non juramentum fidelitatis, & reverentis quidquam operatur, quia est intelligendum quoad ea, in quibus Rectori jurisdictionio legitime competit; juramentum enim habet vim roborativam, non extensivam. l. fin. C. de non num. pec. ubi Bald. Præterea hoc juramentum non operatur in præjudicium Superioris Regularis jurantis, quia in eo Superioris autoritas semper censetur excepta, c. Venientes, de jurjur. c. Imperialem, §. fin. de prohib. alien. Per Frider. in usib. feud. & in terminis Clericum in universitate studii incumbentem non subesse Rectori, nisi quoad ea, que respiciunt professionem tradit expressè Abb. q. 6. n. 8. & 9.



DE PRIVILEGIIS

Idem Innocentius III. Concilio Generali.

CAPUT XXIV.

Ut privilegia, quæ quibusdam Religiosis Romana concessit Ecclesia, permaneant intacta quædam in eisdem duximus declaranda, ne minus sanè intellecta pertrahantur ad abulum, propter quem possint merito revocari: quia privilegium meretur amittere, qui permilla sibi abutitur potestate. Sanè quibusdam regularibus Apostolica fedes indulgit, ut his, qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan Ecclesiæ, ad quas pertinent à Divinis Officiis fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti; suos quoque confratres quos Ecclesiarum Prælati, ad Ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in sæculo eorum ordini sunt oblati, mutato habitu seculari: vel eis, qui bona sua dederant inter vivos, retento sibi (quandiu in hoc sæculo vixerint) usufructu: qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam: ne li de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumptibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissolvatur pariter & vilescat Ecclesiastica disciplina: certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Apostolica sibi sede concessam. Illud etiam, quod hujusmodi regularibus est indultum, ut si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerunt ad recipiendas fraternitates sive collectas, in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si fortè locus ille à Divinis Officiis sit interdictus, in eorum jucundo adventu semel in anno aperiantur Ecclesiæ, ut exclusis excommunicatis, Divina ibi Officia celebrentur: Sic intelligi volumus, quod in eadem civitate, aut castro, aut villa, una tantum Ecclesia ejusdem ordinis, fratribus semel (ut dictum est) aperiatur in anno: Quia licet pluraliter dictum sit, quod in eorum jucundo adventu Ecclesiæ aperiuntur, non tamen ad Ecclesias ejusdem loci divisim, sed prædictorum locorum conjunctim sano referendum est intellectu: ne si hoc modo singulas ejusdem loci visitarent Ecclesias, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes prædictas quidquam sibi usurpare præsumperint, gravi subiaceant ultioni.

SUMMARIUM.

- 1 Oblati alicujus Religionis an sint iudicandi Persona Ecclesiastica, adeò ut à foro seculari, & vestigalibus tam quoad personas, quam quoad bona debeant esse immunes & n. seq. usque ad finem, & præsertim n. 29. vers. Ex his sequitur.
Et quatenus sint immunes, an eorum exemptio extendatur etiam ad conjugatos n. 27.
Et an exemptio à foro seculari suffragetur pro delictis ante obligationem commissis n. 33.
Et an Oblati carentes requisitis Concilii Tridentini in c. 11. sess. 24. subint Episcopo tam in spiritualibus, quam in temporalibus n. 34.
Et an subint cumulativi vel privativi ad Superiores Religionis, cui sunt oblati n. 36.
2 Oblati assumunt privilegia Religionis, cui oblati sunt. Declaratur n. 4. & seqq.
3 Christianorum duo sunt genera.
4 Oblati quales esse debeant ut privilegia potantur &